# VITA S. ANNAE MATRIS DEIPARAE, AUIAE CHRISTI, ...

Pietro Tommaso Pugliesi

Ligu

# VITA
# S. ANNÆ
## MATRIS DEIPARÆ

*Ad Emin. & Reuerendiss. Principem*

D. CARDINALEM
DE ALTERIIS
S.R.E. Camerarium

*DICATA.*





# VITA S. ANNÆ MATRIS DEIPARÆ, AVIÆ CHRISTI,

Carmelitarumque Protectricis.

Ex vetustorum Ss. Patrum sententijs, Historicorum traditionibus, & præcipuorum Doctorum auctoritatibus, methodice, dilucide, ac succinte concinnata.



*AVCTORE*

P. M. PETRO THOMA PVGLISIO Coriolanensi

*Sac. Theol Doct. Vtriusq; Calabriæ, bis & iterum Prouinciali Carmelitarum, ac Visitatore, Commiss. & Diffinitori Generali, necnon Illustriss. Archiepiscoporum Rossanensium, Theologo, & in rebus S. Officij Consultore.*

Venetijs, Typis Sebastiani Menegati

*Sup. Licentia* 1693.

Bibliothecæ Transpontinæ ab eodem Auctore dicatus, et proprijs manibus positus.

Eminentiss. Principi, & Reuerendissimo Domino

D. CARDINALI

# ALTERIO

Prænestino Episcopo, S.R. Ecclesiæ Camerario, ac totius Carmelitarum Ordinis Protectori dignissimo.

*F. Petrus Thomas Puglisius Coriolanensis, Carmelita, precatur utramque salutem.*

QVEM ad te Eminentissime Princeps aditum

exo-

exoptabam, mea hæc Opella, fausto homine, ut mihi polliceor reserare potuit, Eam eloquentiæ fuco minime redimitam, sed meæ potius deuotionis affectu concinnatam, Eminentissimo nomini tuo, etsi paruam, numquam tamen indignam, qui solita, & tanta purpura irradiata Charitate, parua non despicis, parua suscipis, & parua respicere non dedignaris, reuerenter dico, & dedico: Carmelitarum, videlicet Protectori, *Protectricem*: Prænestino Præsuli, *Palestinam*, & tuo gentilitio stemmati Sydereo, *sedentem*, teste S.

Hie-

Hieronymo, *super Astrorum thalamum*: Quorum, si munus est secundum Ptolomæum, super hunc Mundum elementarem influssus infundere benegnissimos? (1) *Euidentissimum est, & non indigere verbosa confirmatione: diffundi quandam vim è Cælo in omnia, quæ circa terram sunt*; Hoc enim pluries Protectio, & Benignitas tua, tam in tota Carmelitarum Religione, quam in me eius alumno, ad effectum demandarunt; Illa à te pluribus aucta fauoribus, & Ego maximis deuictus beneficijs; Et si vitalitatem,

etiam

1 *lib.* 1. *c.* 1.

etiam proſperoſque ſucceſſus
in fætibus Aſtra præſagiunt?
Quid ni bene augurer huic
meo paruo fætui, ſi liberaliſſi-
me amplitudinis tuæ, tuique
patrocinij benigniſſima ſyde-
ra ei illuxerint? Tuentur enim
Aſtra ſuos Clientes, hoſtium
cuneos expugnant, vnde habe-
tur Iudicum quinto, *Stellæ ma-
nentes in ordine, & curſu ſuo ad-
uerſus Siſaram pugnauerunt*; ſub
illis igitur irradiantibus Syde-
ribus tuis, quæ Vniuerſæ Reli-
gioni Elianæ, protectionis, &
beneficentiæ radijs ſemper ef-
fulgent, ipſum ſiſto humillimè,
tanquam ſub ſalutari clypeo
ad

ad cudenda Criticorũ iacula; Eum benignitate, qua ſoles ſuſcipe, & accipe, cum ad Eminentiam veſtram, tamquam ad ædem ſanctitatis ( Clementis X. ) D. Anna pergat iure optimo; *Sancta enim in ſanctis requieſcit*, Pergit namque ad te, virtutum omnium Emporium, veluti *ad proprium Aſtrorum thalamum*, in quo Religio, Pietas, Miſericordia, modeſtia, comitas, & æquitas, tamquam ſtellæ fulgent in perpetuas ęternitates; Oh ſi minime harum tuarum virtutum affluentia me expaueſceret, vellem quidem per omnes eas, & ſingulas ex-

currere, ſed dum quæro operis Aſſeclas, & Comites, per ambages ad memetipſum recurro, meque ſolum, vt dixi, terret opus; Sileo ergo, quinimmo ſtupore perterritus, eas ſilentij ſacrario inuoluo; Sileo gentilitiam Proſapiam tuam, à non paucis Romanorum Principibus trahentem exordium, vtpotè, quæ affinem, cognoſcit, & conſanguineam, præſtantiſſimam Columnæ, Vrſinorum, Sabelliorum, Francipanis, Cæſarinorum, præſertim Vrbani VII. Clementis X. & Alexandri VIII. familiam; Sileo Prudentiam,

cuius successorem Catones te instituerunt, quam non solum Roma, verum, & Vniuersus Orbis suspicit, & admiratur; Sileo Sapientiam, qua in plerisque sacris Cardinalium Cætibus ascitus, præsertim in illo Indicis librorum, in quo sacra Profectura gaudes, Orbem irradias vniuersum; Sileo munus Legati Auenionensis, & gloriam; Silentio etiam omittam, summam illam in rebus agendis dexteritatem, qua ad regendam Christiani Orbis immensitatem, à Clemente X. felicis recordationis destinatus fuisti; Cæteris non vtor ver-

bis, quia os meum obstrudunt more Arpochratis purpuræ metuę reuerentia, tuorumque meritorum splendor, & maximus numerus ; Sileo ergo, & in silentio, hic qualiscumque meus labor, sit obsequiosissimæ in Eminentiam vestram seruitutis meæ, æternum apud posteros monumentum.

*Quod non imber edax, non Aquilo impotens,*
*Possit diruere, aut innumerabllis*
*Annorum series, & fuga temporum.*

Et

Et interim vale, diuque viue, Religionis nostræ propugnaculum, & Purpuræ ornamentum.

# Candido Lectore.

*TIbi Amicorum amicissime, hanc opellam, Vitam, & res gestas Sanctæ Annę amplectentem, lętanter exhibeo, omni eloquentiæ fuco inimicam, sola mei deuotione concinnatam, quam Lycij, dum studij inibi operã nauarem in animo concepi, multosque post annos in corde adeò studiose excolui, vt ipsa modo fuerit amoris igniculus, & huius meæ scriptionis stimulus, quibus fortiter excitatus, huic opusculo, & si operoso, & pro mei inge-*

ge-

*genij viribus satis arduo, & difficili, genium tandem, & animum alacriter applicui, calamum audenter strinxi, & quid quid ex Sanctorum Patrum, Scriptorumque floribus, ad instar Apis delibaui, in ipsum succintè, rudi tamen stylo conieci, & Tibi si non basilice, tamen amanter præsentare decreui, adhoc, vt maiorem deinceps in Iesu Christi Auiam, ex eius lectione reuerentiam habeas, & ampliorem deuotionem in eam alere studeas; Ipsum igitur hilari animo lege, & mentis oculum legendo, potius siste in gloriosissimæ Annæ merita, & præstantias, quam in stili mei inelegantiam, aut insperatam sterilitatem ingenij, cum ex hoc labore nihil aliud à te cupiam, nisi tuum erga dilectam hanc Matrem Deiparæ deuotum animum, eiusque inter fideles deuotionem, & gloriam; Propterea non munditiæ, aut*

*ver-*

*verborum lepori, sed pietatis tuæ gu-stui, & sapori, me totum impendi; Gratè igitur circa eum te exhibe, non Momastice, aut critice, & viue, & Vale.*

In huius Opusculi laudem
*Poeta, & Orator facundissimus, Artium, & medicinæ Doctor, Hyppocretes Christicola huius sæculi*, Franciscus Capalbus, *ita eleganter cecinit*.

Pennas siste celeres fama tuas; aera inani desine
Verberare flagello.
Canoras infla Tubas;
Orbi pande libellum hunc ex Adm. Reu. Patris Magistri Fratris Thomæ Puglisij Carmelitarum Ordinis in Cathedra acutissimi, in Pergamo melliflui, in Paginis fęcundissimi
prodijsse calamo.
In hoc
De vita, & gestis B. Annæ Deiparæ Matris, Saluatoris Auię, non minus accuratè, quam piè scribens, velut sedula Apis

c ne-

nectareas congessis
Sententias.
Quas
Admirando intexuit Ordine, excul-
to exarauit sermone,
Diserto ornauit eloquio,
Eia fare age
Canentes conuoca Cyenas, Came-
nas, Syrenes, Charytes
Eius buccina gloriam pręconia
Decus
Ad astra Colossos erige, ad sydera
extolle saxa,
In quibus eius coruscans fulgeat
Honos
Huic
Franciscus Capalbus Coriolanensis
Physiater
Amicus obsequentissimus
Deuoti pignus obsequij D. D. D.

*Perillustri Viri*
Antonij Valentoni, *Patritij Argentanensis, totius eruditionis sacrarij, & Academici inter Torpentes Instabilis, in Auctoris, & Operis commendationem*
*Carmen.*

Quisquis in hunc librum couertis lumina lector;
Fas tecum moneo præ mihi pauca loqui;
Desine, si qua paras vnco suspendere naso
Ne liuor tecum sæuiat ipse tuus;
Si tibi magnarum lux est male reddita rerum
Ad tantum celeri quid pede pergis opus?
Ante tamen temerè, quam docta volumina tractes
Queis referunt paucis erudiendus eris;

Intemerata parens, qua magni exorta Tonantis
Confectam ſenio dant pia ſcripta graui.
At quia ducentes mortalia penſa ſorores
Nulla ferè in Diuos quærere iura valent,
His ipſam paruis dices adoleſcere chartis,
Et ſi mors præmeret viuere poſſe diu,
Anna eſt materia his, Auctor Puglifius, à quo
Solerti culta eſt reddita forma manu;
Quid plura? ad laudes rapido contendere curſu
Pergit opus, geminus, quem cumulauit honos;
Præſtiterat noſtræ indixiſſe ſilentia linguæ
Nam ſatis Auctoris dicere nomen erat.

# Facultas Religionis.

Frater Daniel Scoppa Sac. Theolog. Magiſter, ac humilis Procurator, nec non Vicarius Generalis totius Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, Antiquæ Obſeruantiæ Regularis.

Auctoritate, qua fungimur, præſentiumque tenore, licentiam concedimus Reu. Admodum Patri Magiſtro Petro Thomæ Pugliſio, noſtræ Prouinciæ Calabriæ Prouinciali &c. Typis mandandi librum, cui titulus eſt, *Vita S. Annæ, Matris Deiparę, Ieſu Chriſti, Auiæ, Carmelitarumque Protectricis*; dummodò prius examinetur, & approbetur ab Admodum Reu. P. Magiſtro Andrea Maſtelloni,

Ex-

Exprouinciali Prouinciæ nostræ S.Mariæ de Vita Neapolis, & à Reu. P. Magistro Andrea Gargiu. lo, eiusdem Conuentus S. Mariæ de Vita Studiorum Præfecto seruatis tamen de iure seruandis; Datum Romæ die 18. Iulij 1693.

Frater Daniel Scoppà Procurator, & Vic. Gen. Carmelitarum.

*Fr. Raphael Maria Bauaro Secr.*

Ap-

Approbatio Adm. Reu. Patris Magistri Andreæ Mastelloni, olim socij Reuerendiss. Patris Generalis Carmelitarum, Saxoniæque Antesignani, nunc Prouinciæ S. Mariæ de Vita Neapolis, Exprouincialis, Diffinitori perpetui, & Scriptoris peritissimi;

Magnæ Iesu Christi Auiæ, Deiq; Parentis Mariæ semper Virginis Matris, Diuæ Annę Vitam, memorijs omnibus, quæ Ordinem nostrum eius patrocinio gaudentem, attingere poterant, ditatam, à Reu. Admodum P. Magistro Puglisio, Prouinciæ Calabrię tertiò meritissimo Præsuli diligentissie elucubratam, auida, & attentione, qua potui maiori, percurri non semel, nihilque in ea à veritate historica, aut à sana doctrina deuium reperi, quinimmo omnia in ea congesta, recta, ac

con-

consona, eidem Diuæ deuotionem nouam, & Ordini nostro ampliorem gloriam conciliatura; Vnde, vt prælo mandetur, publicamque lucem aspiciet, non solum dignam, verum, & necessariam censeo, ex Carmelo nostro S. Mariæ de Vita Neapolis, hac die 3. Augusti 1693.

Fr. Andreas Mastellonius Carmelita &c.

Approbatio Adm. Reu. P. Magistri Andreæ Gargiuli, S. Theol. Doct. olim Socij, & à secretis Admod. R. P. Magistri Procuratoris Generalis Carmelitam, Prouinciæque Calabriæ Regentis; ad præsens verò, Studiorum S. Mariæ de Vita Præfecti.

Li-

Librum cui titulus, (Vita S. Annæ, Matris Deiparæ, Auiæ Christi, Carmelitarumque Protectricis, per Admodum P. Magiſtrum Petrum Thomam Pugliſium, noſtræ Prouinciæ Calabriæ bis, & iterũ Prouincialem, ac Diffinitorem Generalem, necnon Illuſtriſſimam Archiepiſcoporum Roſſanenſium Theologum, & Conſultorem, compoſitum, attentè perlegi, nec quidquam in eo reperi, quam Orthodoxam Fidem, aut S. Sedem, vel pias aures, offendere poſſit; Imo plurima, quæ maxime deuotionem erga ſanctam accendere valent, & in tenebris iacebant, ac multa alia ad eruditionem, & hiſtoriam ſcitu digna, in lucem prodit; cuius, ſi molem attendas, nonniſi Opuſculi nomen ſortiri poteſt, ſi materiam tandem per-

perpendas, magnis operibus æquiualet; Non enim de Matre Anna tantum cocinnè loquitur, verum de sanctissima eius prole, sine labe cuiuscumq; peccati concepta, plurima erudite connectit: quapropter, vt Typis mandetur, iudico dignum. Datum Neapoli in Conuentu nostro S. Mariæ de Vita, die 6. Augusti 1693.

Imprimatur.

Fr. Ioanne Thom. Rauetta Inquisit. Gener. Ord. Prædicat.

Nar

# Narratio huius operis, & diſpoſitio.

SAnctam Annam Stolani fuiſſe filiam, & Beati Ioachim Vxorem, omnes vno ore conteſtantur; An verò ipſa extiterit bigamiæ neſcia, diſſentiunt in hoc Scriptore: Propterea in diuerſis, diuerſa legi, aſt illa, quę de eius ſecundis nuptijs, tamquam aprocripha, & improbabilia, Ludouicus de Tena, Cardinalis Bellarminus, Georgius Coluenerius, Alphonſus Salmeron, & Theophilus Raynaudus explodunt, Nos quoque capite XXII. huius operis, ſuccinctè, lucideque etiam explodemus, & interea huic opellæ, à cõnubio Emerētianæ cum Stolano da-

bimus exordium, habito iuxta Cyrillum nostrum Alexandrinum, Petrum Dorlandum Carthusianum, & Gulielmum Pepinum Ordinis Prædicatorum; septuaginta septem annis, ante diuini Verbi Incarnationem; Qui vt recto calculo integri decurrant à matrimonio Emerentianæ cum Stolano, usque ad Aduẽtum Messiæ, duos elapsos fuisse annos à principio talis connubij, usque ad Natiuitatem Annæ, numeramus; Triginta verò Virginitatis eiusdem, trigintaque alios suæ sterilitatis, eo quod Anna secundum S. Epiphaniũ, & Ludouicum de Tena, Episcopum Dertunensem, grandæua, vtpotè sexagenaria peperit Mariam.

Fauet huic veritati, publica illa expulsio sacrificij Ioachim è Templo (de qua cap. 9. dicemus) facta ob animam Annæ sterilitatem, ab

Iſachar ſummo Sacerdote, ipſam exiſtimante adeo Aniculam, ut nequiret deinceps concipere liberos: & conſonat etiam antiqua traditio Eccleſiæ, dum Annam Senem, cum nata in gremio, cuncto Populo Chriſtiano, exhibet in imaginibus.

Alios, ſi dixerimus, Annam tantum viginti annis manſiſſe ſterilem, cogeremus poſtea dicere, nuptam fuiſſe Beato Ioachim, anno ſuæ Virginitatis quadrageſimo, quod eſt à veritate alienum; Et è contra, ſi in uigeſimo ſuæ ætatis anno, matrimonium cum ſuo Sponſo deſcribimus, teneremur pedetentim aſſerere, Annam cum viro ſuo, annis quadraginta manſiſſe ſterilem, quod etiam à veritate eſt abſonum.

Vt igitur circa talem ſeptuaginta ſeptem annorum numerum, omnia eliminemus dubia; & tota Annæ

ætas

ætas, uſque ad Deiparam, compleatur ſexagenaria, neceſſe eſt, ut triginta annos Virginitatis, trigintaq; alios ſterilitatis ei aſſignemus, prout aſſignamus.

Cum ergo duo fuerint anni à matrimonio Emerentianæ, vſque ad Annæ ortum, triginta ſuę Virginitatis, trigintaque ſterilitatis, & quindecim à Natiuitate Deiparæ, vſque ad eius Virgineum partum, proculdubio, Anna non ſolum peperit Mariam ſexaginaria, verum, & ſeptuaginta ſeptem anni, iuxta Cyrillum Alexandrinum, Petrum Dorlandū, & Gulielmum Pepinum, à matrimonio Annæ, vſque ad Ieſu Chriſti aduentum præceſſerunt; Hoc ſolo aſſignato à Nobis calculo, & non aliter, poſſunt anni iſti ſeptuaginta ſeptem commenſurari, eo quod tempora inter Machabæos, & Saluatoris

ris initium, reperiuntur diuinarum Scripturarum lumine destituta, præter ea, quę Flauius Iosephus Iudęus, & Iosephus dictus Gorionides, prophana tractantes, literis demandarunt. Alia quoq; spectantia ad hanc veritatem, in fine capitis quarti huius operis, Parergon, magis succinctè, & lucidè dabimus piis Lectoribus, ex Hippolito Martyre, Nicephoro, & Simone à Spiritu Sancto, in suo Carmeli decore.

PRO-

## Protestatio Auctoris.

*SAcræ Apostolicæ, Catholicęque Romanæ Ecclesiæ, veritatis firmamento, obedienz filius viuere, ac mori exopto; Proinde quæcumque in hac opella referuntur, eiusdem Sanctæ Matris Ecclesiæ iudicio, ac piorum Theologorũ censuræ subycio, si quid verò elapsum, ignoro quod eidem Sanctæ Matri Ecclesiæ minus probetur, vel ulla in re decretis Apostolicis repugnet. Ex nunc improbo, damno, & pro non scripto, aut referto haberi volo; Et ut hęc mea protestatio magis pateat, Decretum die 13. Martij 1625. iussu Vrbani VIII. à Sacra Congregatione S. R. & Vniuersalis Inquisitionis editum & ab eodem summo Pontifice die 5. Iulii 1634 confirmatum, libens amplector, necnon declarationem ab eodem sanctissimo die 5 Iunii 1631. factam, nimirum, vt non*

e ad-

*admittantur elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt super Personam Bene tamen ea, quæ cadunt super mores, & opinionem, cum protestatione in principio libri, quod iis nulla adsit authoritas ab Ecclesia Romana, sed fides sit tantum penes Auctorem; Huic decreto, eiusque confirmationi, ac declarationi, obseruantia, & reuerentia, qua per est insistendo, profiteor me haud alio sensu, quidquid scribam in hac libello, accipere, aut accipi ab ullo velle, quam quo ea solent accipi, quæ humana dumtaxat authoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sedis Apostolicæ nituntur: iis tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes, Sanctorum, vel Beatorum catalogo adscripsit.*

IN-

# INDEX
## EORVM,
### Qui vitam S. Annæ, vel eius elogia, literis tradiderunt.

*Ioannes Trithemius Benedictinus, libro de laud. Sanctæ Annæ.*

*Carolus Stengelius eiusdem Ordinis, in Vita SS. Ioachim, & Annæ.*

*Martinus Anastasi, etiam Benedictinus, tract. de Menog. S. Annæ.*

*Sylvester Marulus Cirstenciẽsis Oceani Relig. lib. 4.*

*Petrus Dorlandus Carthusianus libro, Vita Sanctæ Annę.*

*Iustus Landspergius eiusdem instituti, ser. de Sancta Anna.*

*S. Vincentius Ferrerius, Ordinis Prædicatorum ser. de Sancta Anna.*

*Gulielmus Pepinus, eiusdem Ordinis, libro concion. de Sanctis, conc. de Sancta Anna.*

*Ioannes Carthagena, Minorita, tom. 4. homil. lib. 7. homilia 1.*

*Petrus Valderrama, Ordinis S. Augustini, libro concion. conc: de Sancta Anna.*

*Al-*

*Alphonsus Salmeron Iesuita, tomo 3. commentar. Euangel. & tom. 4.*

*Robertus Cardinalis, eiusdem Societatis, libro de septem Verbis Domini.*

*Petrus Morales, etiam Iesuita, commēt. in Matthæum cap. 1 lib. 1. tract. 6.*

*Theophilus Raynaudus, e Societate Iesu, libro diphty. mariana.*

*Thomas Auriema Soc. Iesu.*

*Ribadeneira, etiam Soc. Iesu, lib. Flos Sanctorum.*

*Theodoricus Clisorius, lib. Vita S. Annæ.*

*Iacobus Marcantius, libro sermonem, ser. de S. Anna.*

*Et alij quamplures doctissimi Scriptores.*

*Franciscus Maggio Clericorum Regularium lib. Carmel. marianus, benefic. 2.*

Ex

## Ex Ordine Carmelitarum.

*S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus lib de ortu B. Virginis.*

*Christopharus Auendagnus, lib. conc. conc de S. Anna.*

*Camillus Vischi Tranensis, libello de S. Anna.*

*Didacus Coria, in Cronic. Carmelitar. lib. 2. cap 13.*

*Daniel à Virgine Maria, specul. Carmelitar. tom. 2. ad diem 26. Iulii.*

*Emmanuel Romanus, indice alphab. de antiquitate Ordinis.*

*Emmanuel à Iesu Maria, libro concion. ser. de S. Anna.*

*Franciscus Vaersius, libro Virid. siue Thesaur. Religionis Carmel.*

*Philocalus Caputus lib. mon. Carmel. par. 2 cap. 3.*

*Guido de Perpiniano, Episcopus Elnensis,*

*sis, lib. concord Euangelior. in cap. 27 Matthæi.*

*Hugo à S. Francisco, Libro Vita Sanctæ Annę.*

*Ioannes Palęonidorus lib. 1. de Sancti tot, & antiquit. Eremit. Montis Carm cap. 5.*

*Ioannes Baptista Lezana, to. 1. Anual. Carm. ad annum Mundi 3976.*

*Ioannes Thomas à S. Cyrillo, lib. Sanctę Annæ, Mater honorificata.*

*Ioannes de Syluecra comment. Euang. & lib. Opus var. opusc. 4. de Concep. B. V.*

*Ioseph à Iesu Maria, hist. de Vita, & excell. B. V. lib. 1. cap. 51,*

*Ioseph Maria Fornari, lib. Ann. memorabil Carmel t. 2. ad diem 26. Iulij.*

*Laurentius Cuperus, lib. Vita S. Annæ.*

*Michael Munoz. lib. Propugnac. Eliæ, lib. 2. cap. 1. & 3. art. 13.*

*Matthias à S. Bernardo, libro Vita S, Annę.*

*Pau-*

*Paulus Vincenti, meus Regens, lib. concion. conc. 9. de S. Anna.*

*Thomas à Iesu, de Antiquit. Carmelitar. lib. 1 cap. 15.*

*Ego autem, horum Magistrorum infimus Discipulus,*

*Et alij. quamplures Carmelitarum Scriptores.*

VI.



# VITA S. ANNÆ MATRIS DEIPARÆ, AVIÆ CHRISTI Carmelitarumque Protectricis.

## CAPVT PRIMVM.

*Parentum S. Annę origo, & prosapia describuntur.*

CVRREBAT in sexta Mundi ætate, iuxta computum Martyrologij Romani, annus ab origine ipsius, quinquies millesimus, centesimus, vigesimus secundus: ante

Christi Natiuitatem, septuagesimus septimus: Ioannis Regis, & Pontificis Iudæorum, vigesimus quintus, Vrbis verò Romæ conditæ, annus sexcentesimus, septuagesimus quintus; Quando in Cæsarea, inclita Vrbe Iudeæ è Carmelo non longe, teste Adrichomio,(1) quædã Virgo morabatur generosissima, Emerentia, siue vt Dorlandus,(2)& Pepinus scribunt, Emerentiana nomine, ex Tribu Iuda oriunda, & Regali stirpe Dauid: Pulchra corpore, sed pulchrior mente, admodum diues, optime morata, cordata nimis, ac spei de redemptione Israel refertissima, quæ passim in corde suo cogitabat illud Isaiæ: 4. *Et erit in die illa germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel.*

2 Hoc igitur supra recensitum

1 *Theat. Terr. Sancta.* 2 *serm. de S. Anna.* Pro-

Prophetæ vaticinium, ſæpe in corde ſuo ruminans Virgo ipſa honeſtiſſima, ac de futuro Meſſia cum eruditis in lege verbum ſanum habere deſiderans, obtenta propter hoc à Parentibus venia, ad humiles Eremitas, Eliæ Prophetæ poſteros, in ſancta pænitentia, & orationibus in Monte Carmelo degentes, diebus Sabathorum, & Calendarum, more Iudæorum ſcribit Abulẽſis, (4) ſe conferre ſolebat, cum quibus tam de ſuſpirato ad ventu Meſſiæ, quam de prophetijs, & promiſſionibus, ſuper ipſum temporibus elapſis iam factis, paſſim Emerentia agere ſolebat, & ab eis mens ipſius, tam ſcripturarum enucleatione, quam ſeniorum traditione, necnon moribus, & ſanctitate, adeò illuſtrabatur, & confortabatur, in Domino, ut Virginitatem ſuam Emerentiana, Deo ſpoponderit in ſecreto, hoc tamen pacto, ſi ei utique

4 4. *Reg*. 4. *q*. 30.

grata foret, & de ea ob sua incom-prehensibilia, aliter minime dispo-suisset.

3 In tali ergo Virginitatis pro-posito Emerentiana confirmata, per aliquod tempus Angelicam duxit Vi-tam, videlicet, vsque dum annos nu-biles attigisset, in quibus Parentes ad generis propagationem, & eorum prosapiæ honestatem, eam cuidam honesto, & timorato Iuueni, de Tri-bu, & stirpe Dauid descendenti, in Vxorem tradere curabant, & ideò ad hunc effectum, eorum dispositionem Emerentianæ communicarunt; At ip-sa castis colloquijs imbuta, & vita virginali assueta, renuit tunc consen-sentire Parentum voluntati, usque dum fuerit tale connubium Deo per Montis Carmeli Eremitas, præuijs orationibus, & ieiunijs communica-tum, & deinde per seruos suos ab ip-so cælitas præfinitum.

CAP.

# CAPVT II.

*Emerentiana Carmelum petit, & dum Elianis matrimonium pandit, Cœlesti visione comprobatur.*

4 **D**Ie autem destinato, è propria domo Emerentiana egrediens, festinanter in Carmelum perrexit, ipsumque omni solicitudine ascendens, statim eius Seunionem, idest Congregationis Templum deuote lustrauit: Carmeli deinde Eremitis, tam Parentum suorum cogitatum, erga connubium, quam voluntatem suam, aperte patefecit; At illi, Deum super hoc negotium, præuijs orationibus consulendum esse, Emerentianæ responderunt; Propterea in eodem Templo, (1) *à nostro sancto Patriarcha Elia post visionem nubeculæ*

1 *Lex.t.1.Ann.Carm.* *par-*

*paruæ, in honorem Virginis pariture erecto*, ieiunijs, & præcibus, Datorem bonorum omnium efflagitarunt, ut solam diuinam voluntatem suam, circa tale coniugium, & Emerentianæ propositum, benigne eis dignaretur ostendere, prout fauste contigit: Nam cum triduo egissent eorum spirituale exercitium, Seniori tandem, & duobus alijs inter eos pariter Eremitis in mentis excessu, radix quædam ostensa est, gemina ex ipsa radice, arbor emanans, equarum altera, natus est ramus speciosissimus, ex altera verò arbore, orta est virga sane pulchra, pulchriorem producens florem, & fructum; Ex qua visione, audita est pedetentim vox de Cælo, Elianis, ipsis dicens: *Hac radix, est Emerentiana nostra, magna propagini destinata*; Ita fatentur perdocte Dorlandus Carthusianus, Gulielmus Pepinus Ordinis Prædicatorum, & Petrus

2 *Vit. s. Ann. c. 3 ser. 2. de s. Anna* Mo-

Morales (4) Societatis Iesu.

5 Extasim interea, siue mentis ipso excessu perorato, visionem simul statim, & vocem sibypsis cælitus factam, Patres Carmelitæ Emerentianæ sigillatim indicarunt; At ipsa obediente, & humili animo eos intelligens, sit nomen Domini benedictum, primo respondit : lachrymis deinde, & præcibus Deum exorauit in eodem Templo tantum, ut nulli ipsa coniungeretur in matrimonium, qui minime timeret eum, qui fecit Cœlum, & Terram; quod gratiose obtinuit? nam Viro iusto nupsit, Deum timenti, qui eam non causa explendæ libidinis, sed suscitandæ prolis in Vxorem optabat; Cum ipso igitur Emerentiana, visionem Eremitis de Monte Carmelo iam diuinitus factam, omnino ad effectum demandauit; Siquidem ex ipsa, tamquam ex visa radice, duæ frugiferæ arbores

4 *Cõm. Eu. in Matth. c. 1. li. 1. tr. 6.*

*Paulus Vincenti, meus Regens, lib. concion. conc. 9. de S. Anna.*

*Thomas à Iesu, de Antiquit. Carmelitar. lib. 1 cap. 15.*

*Ego autem, horum Magistrorum infimus Discipulus,*

*Et alij. quamplures Carmelitarum Scriptores.*



# VITA S. ANNÆ MATRIS DEIPARÆ, AVIÆ CHRISTI Carmelitarumque Prote-ctricis.

## CAPVT PRIMVM.

*Parentum S. Annę origo, & prosapia describuntur.*

CVRREBAT in sexta Mundi ætate, iuxta computum Martyrologij Romani, annus ab origine ipsius, quinquies millesimus, centesimus, vigesimus secundus: ante

Christi Natiuitatem, septuagesimus septimus: Ioannis Regis, & Pontificis Iudæorum, vigesimus quintus, Vrbis verò Romæ conditæ, annus sexcentesimus, septuagesimus quintus; Quando in Cæsarea, inclita Vrbe Iudeæ è Carmelo non longe, teste Adrichomio,(1) quædã Virgo morabatur generosissima, Emerentia, siue vt Dorlandus,(2)& Pepinus scribunt, Emerentiana nomine, ex Tribu Iuda oriunda, & Regali stirpe Dauid: Pulchra corpore, sed pulchrior mente, admodum diues, optime morata, cordata nimis, ac spei de redemptione Israel refertissima, quæ passim in corde suo cogitabat illud Isaiæ: 4. *Et erit in die illa germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel.*

2 Hoc igitur supra recensitum

1 *Theat. Terr. Sancta.* 2 *serm.* Pro- *de S. Anna.*

Prophetæ vaticinium, ſæpe in corde ſuo ruminans Virgo ipſa honeſtiſſima, ac de futuro Meſſia cum eruditis in lege verbum ſanum habere deſiderans, obtenta propter hoc à Parentibus venia, ad humiles Eremitas, Eliæ Prophetæ poſteros, in ſanctà pænitentia, & orationibus in Monte Carmelo degentes, diebus Sabathorum, & Calendarum, more Iudæorum ſcribit Abulẽſis,(4)ſe conferre ſolebat, cum quibus tam de ſuſpirato ad ventu Meſſiæ, quam de prophetijs, & promiſſionibus, ſuper ipſum temporibus elapſis iam factis, paſſim Emerentia agere ſolebat, & ab eis mens ipſius, tam ſcripturarum enucleatione, quam ſeniorum traditione, necnon moribus, & ſanctitate, adeò illuſtrabatur, & confortabatur, in Domino, ut Virginitatem ſuam Emerentiana, Deo ſpoponderit in ſecreto, hoc tamen pacto, ſi ei utique

4 4. *Reg*. 4. *q*. 30.

grata foret, & de ea ob sua incomprehensibilia, aliter minime dispo-suisset.

3 In tali ergo Virginitatis proposito Emerentiana confirmata, per aliquod tempus Angelicam duxit Vitam, videlicet, vsque dum annos nubiles attigisset, in quibus Parentes ad generis propagationem, & eorum prosapiæ honestatem, eam cuidam honesto, & timorato Iuueni, de Tribu, & stirpe Dauid descendenti, in Vxorem tradere curabant, & ideò ad hunc effectum, eorum dispositionem Emerentianæ communicarunt; At ipsa castis colloquijs imbuta, & vitæ virginali assueta, renuit tunc consensentire Parentum voluntati, usque dum fuerit tale connubium Deo per Montis Carmeli Eremitas, præuijs orationibus, & ieiunijs communicatum, & deinde per seruos suos ab ipso cælitas præfinitum.

CAP.

## CAPVT II.

*Emerentiana Carmelum petit, & dum Elianis matrimonium pandit, Cœlesti visione comprobatur.*

4 Die autem destinato, è propria domo Emerentiana egrediens, festinanter in Carmelum perrexit, ipsumque omni solicitudine ascendens, statim eius Seunionem, idest Congregationis Templum deuote lustrauit: Carmeli deinde Eremitis, tam Parentum suorum cogitatum, erga connubium, quam voluntatem suam, aperte patefecit; At illi, Deum super hoc negotium, præuijs orationibus consulendum esse, Emerentianæ responderunt; Propterea in eodem Templo, (1) *à nostro sancto Patriarcha Elia post visionem nubeculæ*

1 *Lex. t. 1. Ann. Carm.* *par.*

Morales (4) Societatis Iesu.

5 Extasim interea, siue mentis ipso excessu perorato, visionem simul statim, & vocem sibypsis cælitus factam, Patres Carmelitæ Emerentianæ sigillatim indicarunt; At ipsa obediente, & humili animo eos intelligens, sit nomen Domini benedictum, primo respondit: lachrymis deinde, & præcibus Deum exorauit in eodem Templo tantum, ut nulli ipsa coniungeretur in matrimonium, qui minime timeret eum, qui fecit Cœlum, & Terram; quod gratiose obtinuit? nam Viro iusto nupsit, Deum timenti, qui eam non causa explendæ libidinis, sed suscitandæ prolis in Vxorem optabat; Cum ipso igitur Emerentiana, visionem Eremitis de Monte Carmelo iam diuinitus factam, omnino ad effectum demandauit; Siquidem ex ipsa, tamquam ex visa radice, duæ frugiferæ arbores

4 *Cōm. Eu. in Matth. c. 1. li. 1. tr. 6.*

res prodierunt, ideſt duæ pulchræ filiæ, una Iſmeria nomine, altera vero arbor ſpecioſior, Anna noſtra glorioſiſſima, ex qua, flos ille germinauit virgineus, Immaculata videlicet, Virgo Maria, & ex iſto flore puriſſimo, in Mundum prodijt fructus ille benedictus Ventris ſui Ieſus, qui illud Iſaiæ vaticinium, (5) *Egredietur Virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini*, omninò adimpleuit; Hinc meritò tali radici conſonat, ſequens hymnus

*Virgam florem producturam,*
*Virginemque parituram,*
*Dono ſancti ſpiritus;*
*Hæc eſt radix, Anna pia,*
*Virga florens, eſt Maria,*
*Chriſtus flos eſt inclytus.*
*Digna radix eſt honore,*
*Cuius Virga tali flore,*
*Fæcundatur cęlitus.*

5 c. 11. CAP.

# CAPVT III.

*Emerentianæ narratur Matrimonium, deinde suæ filiæ Annę ortus, & nomen cælitus.*

6 E' Carmelo tandem Emerentiana dimiſſa, ſtatim, in peculiarem domum ſuam Cæſareæ reuerſa eſt, in qua deuotè commorans, ac firmam pedetentim in corde ſuo viſionem, vocemque, è Cælo exhibitam Carmelitis continuo habens, ut eius tandem ſtimulo, Deo prius obtemperaret, deindè Parentibus, non ſolum quid quid accidit in Carmelo, palam eis manifeſtauit, verum etiam, & obedire eorum diſpoſitionibus abſque ulla diſcrepantia promiſit; Illi autem, his recenſitis rebus, inenarrabili gaudio auſcultatis, non ſolum innumeras gratias Deo reddiderunt,

runt, verum visioni, & voci cælitus factis inherentes. statim animo deilberato, contractum Matrimonij terminarunt; Sicque, præsenti illo anno, septuagesimo septimo ante Christi Natiuitatem, Emerentianam Parentes ipsi, Viro iusto (ut illa optauerat) Stolano nomine, Bethleemitæ, de Tribu Iuda scribit Canisius, & stirpe Dauid, in coniugem tradiderunt; Cæterum, nuptijs solemniter celebratis, è Cæsarea Stolanus discendens, in Bethleem Ciuitatem suam, una cum Coniuge deuenit. ubi nouem iam decursis mensibus, primam filiam ei peperit Emerentiana, Ismeriæ nomine, quæ nupta in adolescenti ætate Viro leuitico, Elisabeth postea in lucem dedit, Vxorem Zacchariæ, & Matrem Ioannis Baptistæ, Precursoris Domini.

7 Deindè anno uno elapso post Ismeriæ ortum, septuagesimo quinto, an-

ante Virgineum partum, in eadem Ciuitate Bethleem, cuius nobilis Ciuis Stolanus reperiebatur, ſydus radiantiſſimum ex Emerentiana ei illuxit, videlicet, filiæ ſuæ fecundæ luminoſus ortus, cuius niteſcentibus ſplendoribus S. Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus, ita gratulabundus ait; *O fœlix partus, & ortus, de cuius ſubſtantia aſſumpta eſt talis Virgo,* (1) *quæ tolleret veteranas parentum offenſas & ſubleuaret concuſſum Orbem;* Verè igitur ex tanto fœlici partu, lux orta fuit iuſto, & lætitia rectis corde, *cũ hęc infantula*(2) land ſpergio teſte, *à Deo prę electa ab ęterno, dilecta, & digne pręparata,* illius lucis fuerit proxima diſpoſitio, quæ iam venit ad illuminandum eos, qui ſedebant in tenebris, & umbra mortis.

8 Aſt, elapſis aliquot diebus, poſt huius Infantulæ Natiuitatem



1 *ſer. de ortu B. V.* 2 *ſer. de S. Anna.*

more hæbreorum, die octauo, Anna ei nomen à Parentibus impositum fuit, *non casu*, (3) *sed ex Dei peculiari prouidentia*, scribit Trithemius Abbas, & præordinatione: Guaiterus autem, Bornius, & Iosephus Pebrochius referunt, hoc nomen Annæ, *aureis literis*, (4) *impressum fuisse Angelorum opera, tenerrimo eius pectusculo, quod mirifico splendore radiabat, ac tenero deuotionis sensu, sui perstringebat spectatores*; fortassis, ut omnes in eam intuentes, intelligerent illa thessera cælesti, Gratia, Misericordia, quies, cœteraque dona cælestia, à Deo per Annam impartiri, & concedi hominibus, cum ipsa apud Hieronimum Lauretum, *Gratiosa* (5) *misericors, requiescens, ac donans interpretetur*, quod etiam his verbis supradictus Trithemius Abbas adstipu-

3 *De laudib. S. Annæ c. 12.* 4 *Serm. de S. Anna.* 5 *lib. sylua allegor.*

pulatur; *Ab omnibus colenda est*, (6) *cuius meritis Dei filius, ad nutum eius, omnia concedit: cuius honorabile nomen, Curia etiam supernorum ciuium maxima reuerentia honorat; Et* Iacobus Mercantius refert, *Nomen Annæ*, (7) *post nomen benedictionis: Nomen*, inquit Auctor *ipse*, *post Iesum, & Mariam, in libro Vitæ scriptum*.

9 Exclamem igitur, nimia erga hunc Sanctissimum nomen, veneratione excitatus: Exclamem, & deuoto animo dicam? O Sanctissima Mater Anna? tanto nomine insignita, quod ego medullitus amo; Nemo mihi præclara nomina iactet, tuum cupio pro merito amare, tuum centies in die, honoris, & amoris causa, cum Iesu, & Maria pronuntiare gestio; Neque toties aliquid ore voluere, quam lau.

6 *De laud. S. Annæ cap,* 1.
7 *Serm. de Ortu B. Mariæ.*

laudetur Iesus, Maria, & Anna; O Anna dilectissima, Animi mei de te meditantis dulce delicium, & suauis fragrantia? Quam pulchra es, & quã decora charissima in delicijs, ex dulcis nominis tui vocabulo germinantibus? Hanc omnes fideles tenero animo diligite? Hanc feruentissima deuotione colite? Hanc pulsate sædulis præcibus, scribit Abbas Trithemius, siquidem potens est Vobis impetrare omnem veniam, potens est, Vos ad vitam æternam perducere; Nihil deest ei, quod necessitatibus potest proficere, nihil non habet, quod Nos potest iuuare, cui semper adest facultas, ut possit, & pietas, vt velit; (8) Credite mihi, inquit idem Trithemius, *Qui beneficia illius, plura expertus sum, promptam in omni tribulatione aduocatam habetis, si eius memoriam fideli deuotione celebratis;*

*Nemo*

8 *De laudib. S. Annæ c. 1.*

*Nemo intelligit, nemo credit, quanta Deus amatoribus Annæ conferre soleat beneficia*; hæc ille.

## CAPVT IV.

*S. Annæ, animi dotes indicantur, & virtutes.*

10 IN Bethleem ergo Stolano, nitido sydere orto, Anna videlicet, quam Emerentiana Mater non solum suis statim adhæsit uberibus, verum, & per triennium integrum ablactauit: deindè Paruulam, circa Iudæorum legem, & obseruantiam, adeo instruxit, & educauit, ut cæteris paribus iuxta nominis sui ethimologiam, se Anna *actuum ostenderit*; Anna namque *gratiam significat*, & ipsa toti mundo, non solum se exhibuit gratiosam, verum, & virtutibus redimitam; Siquidem adhuc

adhuc Puerula, nihil tamen puerile gessit; sed in via Domini, & laudabili morum conuersatione, iugiter proficiebat; Iuuencularum illecebras fugiebat, & ludos; sequestrata, maluit vacare diuinis conuersationibus, quam foris, se se vnire popularibus. Propterea, & opportuna orationi, & diuinarum contemplationi, secretiora loca dilexit, & in obseruatione Decalogi irrepræhensibiliter se gerens, virtutum incremento, supra ætatis suæ mensuram adoleuit.

11 Tandem Grandior facta, fide tutissima spei vero, & Charitatis refertissima fuit; In Templo, more hębreorum educata, talis denique euasit, vt omnibus ipsa fuerit disciplina, normaque virtutum; Maiora Amice Lector si velis, ita scribentem Trithemium, pro coronide ausculta; *Erat* (1) *enim in cessu grauis, vultu*

*relu-*

(1) *De laud. S. Annæ c. 6.*

*relucentis gratiæ placida, consilio matura, sermone composita, cultu, & operatione sanctissima; In lege Domini die meditabatur, ac nocte; fide firma, spe robusta, gemina charitate repleta, Orationibus instare didicerat, & Domini aduentum cum maximo desiderio expectabat; Erat honesta in opere, sollicita in consuetudine, humilis in mente; Nemo vmquam per vicos, & plateas discurrentem illam reperit; Nemo in domibus vicinarum inutiliter fabulantem audiuit; Nemo ad Choreos, & spectacula vmquam illam astitisse inuenit; Domi manere à pueritia sua didicit, laborare aliquid manibus consueuit, concordiam in bono, & pacem cum vicinis obseruare studuit, nemini iniuriam fecit, verbo & opere neminem perturbauit; Raro videbatur in publico in plateis cum mulieribus fabulantibus non sedebat, & in colloquio detrahentium non stabat,*

 *sed*

*ſed omni cuſtodia ſeruabat cor ſuum, nè vmquam in ſermone offenderet; Sanctis itaque ſtudijs, & exercitijs ſemper intenta fuit*, hactenus Abbas Trithemius.

12 Tot igitur, tantiſque virtutum monilibis Anna noſtra circumornata, credimus quod tanta debuit puritate, & ſanctitate nitere, ut nullo umquam næuo fædaretur lethali; Nominis ſiquidem non vano præſagio, ita creditur per gratiam præmunita, ut nuſpiam mortalis offenſæ pateret acceſſus; ſemper Anna, ſemper gratia, ut nomine, ſic in re probaretur; eo quod indecens erat, *teſte landſpergio*, Virginem Immaculatam, naſci ex peccatrice, aut ſub corde impio, nouem menſibus requieſcere; Piè ergo debemus credere, Beatam Annam, ſe continuo ſuperaſſe de virtute, in virtutem, non ſolum in toto ſuo ſtatu Virginali, verum,

rum, & uſque ad ultimam horam ſui obitus.

## PARERGON.

SCio Hippolitum Martyrem ſcripſiſſe apud Nicephorum *libro* 2. *cap.* 2. Emerentiam tres filias peperiſſe, (2) primam videlicet, Mariam, Matrem Mariæ Salomæ: ſecundam Sobam, puta Iſmeriam, Matrem Eliſabeth: Et tertiam Annam, Matrem Deiparæ, quibus iure optimo quartam Mariam addimus, nempè Matrem Mariæ Iacobi, adhoc, ut veritas de Vniuerato Annæ, magis clare eluceſcat; Nam cum iſtæ Mariæ, videlicet Matres Iacobi, & Salomæ, nec non Iſmeria, ſint omninò ſorores, nulla aſſignari poteſt ratio, cur Emerentiana generando Mariam Matrem Salomæ, & Iſmeriam, mi-



2 *Andres Decor. Carm.* . . n. 35.

nimè autem Mariam Matrem Iacobi generauit; Propterea varijs hallucinati opinionibus, seipsos deceperunt Scriptores illi, qui autumarunt, Annam præter Deiparam, peperisse, etiam Mariam Iacobi, & Mariam Salomæ, eo quod ut supra diximus, secundum Hippolitum Martyrem, Nicephorum, & alios, Maria Salomæ, Elisabeth, & Maria Iacobi, sunt tantum Annæ Nepotes, & Consobrinæ Deiparæ: Earum autem Natiuitas (ante, vel post Annæ natalem, videlicet Mariæ Matris Salomæ, & Matris Iacobi) cum ad vitam ipsarum pertineat, non autem ad Annæ historiam, silentio hic omittimus, & solum in hac apella recensemus ortum Ismeriæ, ut iuxta Cyrillum nostrum Alexandrinum cunctis pateat, matrimonium Emerentianæ cum Stolano, ab anno septuagesimo septimo, ante Christi Incarnationem, habuisse

exor-

dium, nec non ſecundum S. Epiphanium, & Ludouicum de Tena Epiſcopum Dertunenſem, Annam peperiſſe Mariam ſexagenariam, ut in præfatione huius operis apertè monſtrauimus, & plure dicemus Deo dãte, in ſequentibus capitibus.

## CAPVT V.

*Anna B. Ioachino virtutibus ſuppari, à Parentibus copulatur in matrimonium.*

13 EOdem tempore, quo Anna Bethleem circumornata ſupradictis præſtantijs, ambulabat alacriter in via Domini, Nazareth pedetentim Ioachim, redimitus ſanctis virtutibus, ſemitas ſuas etiam in conſpectu Domini dirigebat, teſtatur Damianus ſequentibus verbis:

*Ioachim (1) cogitationes suas pascebat in loco pascuæ, hoc est in sacris oraculis, & in refectionis aqua, hoc est in diuina gratia, se se oblectans; sic nimirum, ut eos à turpibus, & obscenis rebus auocaret, atque ad iustitiæ semitas, ipsis dux esset.*

14 Ast, consumptis in hoc sanctarum virtutum exercitio plurimis annis, tempus tandem accessit, quo Anna à viro Nazareno de Tribu Iuda, & familia Dauid, Ioachim nomine petiretur in vxorem; Parentes autem, cum petitionem hanc bonam, & iustam agnouissent, eorum quoq; legi, & conditioni, minimè repugnātem, aut obnoxiam aliquo impedimento, quinimmò sanguinis nobilitate, & virtutibus æqualem, præmissis rebus omnibus ad hunc effectum perorandum necessarijs, anno ab exordio Mundi 5154. ante Christum na-

(1) *Orat. 1. de dormit. B. V.*

natum 45 Annam eorum filiam, Beato Ioachino, ex Nazareth Galileæ nobili, ac ciui perdiuiti, in Sponſam tradiderunt. Quale autem fuerit ex hoc peracto matrimonio, Parentum gaudium, qualiſque geminata lætitia Coniugum, ex eorum voluntatum concordantia? impoſſibile equidem eſt dictu: Hoc vnum tantũ ſcire ſufficiat, quod totus Sponſus in Sponſam, & hæc tota in Viro ſuo, ſimulque in Deum alacriter tendebant; & ſicut erat in eis vna caro, ita videbatur ſpiritus vnus; Propterea æqualiter in ambobus vera fides relucebat, ſpes firma, perfecta charitas, puritas Angelica, Religio munda, & integra, oratio aſſidua, lachrymarum exundantia, inuicta patientia, humilitas alte defixa, & pluſquam ſexcenta alia, per illuſtra virtutum facinora.

15 O felix certè ſanctarum virtutum

tum connexio, quæ inter hos Sponsos, iuxtà illud Ouidij, (2) *Si qua voles apte nubere, nube pari*, omninò requirebatur necessaria; O sanctum coniugum? O vere celeste, & non terrenum matrimonium, cum teste S. Luca Euangelista, una relucebat in huius modis Sponsis vera iustitia; *Erant ambo iusti, ante Deum*; O Beata paritas? dum Virago circumspicitur, viro esse simile sibi adiutoriũ; Proculdubio, horum matrimonio magis adaptatur illa Nazianzeni exageratio, quam Parentum suorum coniugio; *Existimo si quis ab vltimis terrarum finibus, atque ex vniuerso hominum genere conciliari studuisset prestantissimum Coniugium, nullum vmquam hoc præstantius, aptiusque reperiri posset*.

CAPVT

(2) *Epist*. 9.

## CAPVT VI.

*Anna Nazareth venit, ibique dum simul cum viro suo orationibus vacat, Fide, & Charitate magis emicat.*

26 BEthleem igitur cum propinquis, & amicis, nuptijs Annæ fæliciter celebratis, hora interea aduenit, qua Ioachim ad propria reuerti cogebatur: Propterea sancta eius Vxor, veniam discedendi à Parentibus poposcit, quam tenere obtinuit, præsertim à propia Genitrice, quæ sciens ob loci propinquitatem, Nazareth parum distare à Carmelo, filiæ venerationem sanctorum Eremitarum eiusdem Montis, de quorũ oraculis satis fuerat erudita, *teste* (1) *Arnoldo Bostio*, toto corde commen-

(1) *De Patr. B. V. c.* 13.

mendauit, ac tandem in pace dimisit; Illa autem Bethleem discedens, Nazareth peruenit, ibique religiosè degens, orationibus de more, cæterisq; pietatis officijs, adeò cum Sponso suo incumbuit, ut una in Dei obsequio, eiusque mandatis, ab omnibus eorũ voluntas censeretur.

17 Præcedebat namque has sanctas virtutes, eorum fides, scribit Orosius, siquidem ipsa tanquam tutissimo clypeo muniti, non solum vicerunt eorum sterilitatem, verum, & quo grauiora fuerunt impedimenta impetrandi sobolem, eo robustiora fundamenta solidissimæ fidei succurrerunt; præfati Doctoris verba referam; *Anna* (2) *maxima fide orabat, ut ei proles concederetur, & licet se videret grandæuam, non considerauit corpus suum, sicut, & Abraham, & sic tandem obtinuit.*

18 Sa-

2 *serm. de s. Anna.*

18 Sanè quia, cum fides *ſit humanæ ſalutis initium, radix iuſtificationis, & exordium,* ſine ipſa impoſſibile erat placere Deo; Propterea Anna,& Ioachim ad ſuſcipiendam, ſuſpicatam ſobolem è Cælo, tutiſſima fide ſe præpararunt,& hæc deindè ſanctis operibus plena, quandoquidem *fides, quæ opere caret*, teſte Auguſtino, *non eſt vera fides, ſed vana credulitas, & fit Religio,* cum vera fides ſemper pia iuſtificationis opera appetat, & ſequatur, ideoq; Annæ fidem, opera ipſa bona ſubſequerunt.

19 Immo,& eorum firmiſſimam ſpem, ſubiungit S. Vincentius Ferrerius, *Anna* inquit, *habuit fructum ventris* (3) *ſui in ſanctificatione, ſperando certe*; Et iure optimo? Siquidem illis minimè deere poterat firmiſſima ſpes, quibus inhærat vera



(3) *ſerm. de s. Anna.*

fides, cum hæc Apoſtolo teſte, *ſit proprium fundamentum ſpei*, Ergo quãto fuit Annæ, & Ioachim fides, tanta creſcere debuit eorum ſpes? Sed horum fides multn ſe antecelluit? ergo, & eorum ſpes, quæ ſecundum S. Germanum *pariformis* (4) *adoleuit cum fide*? cum ipſa illis conſentanea fuerit, utpotè ex Abraham digne oriundis, qui iuxta Paulum ſcribentem ad Romanos, (5) *Credidit in ſpem, contra ſpem, ut eſſet Pater multarum gentium*, libet proinde, ſic in Deum ſperantes, Beati à Magno Baſilio nuncupari, *Beatus*, (6) *qui omni ſpe huius mundi ſeipſum orbauit, & in ſolo Deo omnem ſpem fixit, & ſuam locauit*, Quanto ergo potiori iure, ter, quaterque Ioachim, & Anna Beati extiterunt, qui nunquam confidentes in filijs hominum, *in quibus non eſt*

4 *Orat. de Natiuit. B.V.* 5 *cap. 4.*
6 *Orat. de virt. & vitio.*

*est salus*, totam eorum ſpem in ſola Deo fixerunt, & locauerunt.

20 Sed, & eorum Charitatem, valde etiam extollit Abbas Trithemius, dicendo, quod *Ioachim*,(7)*& Anna fuerunt in timore Domini probati, & perfecti in Charitate Dei, & proximi*, merito namque? Quoniã Apoſtolus dicit, quod *fides per Charitatem operatur*,& propterea à Riccardo, *fidei vita*, (8) *ſpei robur*, *& perfectio vniuerſæ Chriſtianæ iuſtitiæ*, ipſa Charitas definitur, ſi ergo in Ioachim, & Anna fides, & ſpes inhabitabant, multò magis Charitas emicare debebat, Quanta autem, qualiſuè in Sanctis iſtis fuerit eorũ Charitas? iudicio obſeruationis diuinorum mandatorum, & exhibitione bonorum operum, poteſt facilius excogitari: *Qui ſeruat* (9) *mandata mea*

7 *ſerm. de s. Anna.* 8 *in tract. de gradib. & Charit.* 9 *Io*: 4.

*mea*, ait Dominus, *ille me diligit*; sed Ioachim, & Anna, teste eodem Abbate Trithemio, (10) *In obseruatione legis fuerunt studiosissimi?* Ergo custodiendo diuina præcepta, tam Deum dilexerunt nimia Charitate, quam proximum, firmat hanc veritatem S. Vincentius Ferrerius, asserens, quod Ioachim, & Anna (11) *magnas faciebant eleemosynas*, & S. Hieronymus refert, *Quod eorum facultates in tres partes diuiserũt, quarum primum Templo, secundam eorũ victui, & tertiam Pauperibus assignarunt.*

21 An autem ex ista tertione portione aliquid habuerint Carmelitæ, (12) eo quod tali tempore paupertatem more eorum Patriarchæ Eliæ profitentes, solis piorum hominum eleemosynis victitabant, & à Na-

10 *suprà.* 11 *ser. 2. de Nat. B.V.*
12 *Arnold. Bosti de Patr. Virg. c. 1.*

Nazareth itinere vnius horæ, longe erant? probat nixus multis authoritatibus Ioſeph Andres, Societatis Ieſu; (13) *Credo, ex ea bona parte, quã pro alendis Pauperibus ex annuis redditibus Ioachim, & Anna deſignabant, non exiguam portionem pro Carmelitis reficiendis deſignaſſe? Non enim vacui, coram viris ſanctitatis opinione decantatiſſimis, Coniuges illi ſanctiſſimi, qui miſeris alijs largiſſime ſubueniebant, ſe ſiſterent.*

22 Propterea Thomas Auriemma eiuſdem Societatis, agens in vita S. Annę Deiparę paupertate, ita ſcribit hetruſco idiomate; *Nè ſi merauigli alcuno, che la Vergine foſſe pouera, benche li ſuoi Genitori foſſero facoltoſi; imperòche è probabile, dice il noſtro Padre Gregorio de Roales tomo 2. pag. 228. ch'ella haueſſe dato le coſe mo-*

13 *Decor. Carm.* 13. *num.* 34.
14 *lib.* 1. *c.* 4.

*mobili a' poueri, elocato le immobili per vso de medesimi*; ducta forlan non alio stimulo, nisi quia vt Propheta Ezechiel *cap.16.*ait *sicut mater, ita & filia*; & apud Strobæum (15)subiungit *Hieracles*, *Actiones filiorum, sunt opera suorum Parentum.*

## CAPVT VII.

*Ioachini, & Annæ circa legis obseruantiam recensentur Pietas, & Religio.*

23 HVcusque Ioachini,& Annæ extulimus fidem, spem, & charitatem, nunc autem restat efferenda eorum pietas, & religio, cum teste Abbate Trithemio, *in obseruatione legis ipsi fuerint studiosissimi*; Et primo circa ieiuniorũ ob-

16 *serm.77.*

obseruantiam, testatur S. Vincentius Ferrerius; licet namque vterque essent complessione delicati, & prædi- ti nobilitate sanguinis, rigorosa tamen abstinentia, eorum propriam carnem macerabant; Etenim seruabant omnia ieiunia, non modo, quo eis eis lex præcipiebat, verum, & quo magis pietas indicebat, ac deuotio; *licet namque* scribit Ferrerius, (1) scribit Ferrerius, *nobiles, ac delicati essent, tamen omnia ieiunia, & præcepta seruabant, & etiam alia, quæ ex pietate, & deuotione sibipsis præficiebant.*

24 Deinde, refecti hoc cælesti pabulo, Salomonicum Templum, non solum propter legis obseruantiam, verum, & ob singularem eorũ pietatem; profunda humilitate continuò visitabant; Siquidem, quamquam essent nobiles, & diuites; mi-



1 *serm. de s. Anna.*

nimè tamen aureis ornati vestibus, sed vili habitu induti, nudis pedibus incedendo, refert idem Ferrerius, (2) *Ioachim, & Anna peregrinati sunt de Nazareth, vsque Hierusalem, sępe, & discalceati.*

25 Hoc igitur pietatis ornatu, deuote in domum Domini perducti, statim inibi præces cum lachrymis incessanter ad Cælum fundebant, ac eorum vota Domino, ita sancte donabant, ut præcellerint tunc illi, omnes eorum coætaneos, pietate; *Ioachim* (Anna quoque, & calcar adhibente) S. Eustachius testatur, (3) *larga manu munera Deo duplo maiora alijs offerebat, & hilari animo, primus omnium ad sacrificium properabat, vt omnipotenti Deo munus oblatum, eo foret acceptius, quo esset paratius; hilarem enim datorem di-*

2 *serm. 2. de Natiu. B.V.*
3 *in Hexamer.*

*diligit Deus*; Hæc autem eorum animi pietas, non parum in illis, ſed ſemper ita perdurauit; Quandoquidem peractis omnibus pietatis officijs, cæteris è Templo deſcendentibus, ipſi autem omnium vltimi, vix diſcedebant, cupiebant namque, totum in oratione eorum protrahere tempus, & ſi fieri poſſet, numquam diſcedere ab eo, ſed die nocteque in ipſo commorare.

26 Propterea, nè Amicis Hieroſolymam degentibus, dum ibi Ioachim, & Anna tam feſta, quam deuotionem peragerent, ob longam eorum tarditatem, aliquam afferrent moleſtiam, domum quamdam iuxta Portam Auream ſitam, in omni eorum aduentu ad hoſpitandum, non ut Inquilini, ſed ut veri Domini procurarunt; Poſt multos Scriptores, Adrichomius, (4) etiam in ſuo Thea-



4 *tit. Hieruſal. num.* 37.

tro Tertæ Sanctæ, adstipulatur; *Domus Sanctæ Annæ, Auia Christi; in qua cum Coniuge suo, cum festa Hierosolymis ageret, hospitabatur, ubi, & uterque obijt; Hic B. Virgo Maria concepta est, atque ibidem passionis Christi tempore mansit, ubi postea pulchrum in honorem S. Annæ edificatum est Templum, quo nunc Turcæ turpiter abutuntur.*

27 Recensitum ab Adrichomio S. Annæ Templum, (5) *teste Thoma Bradleyo Episcopo Dromorensi, & in Hibernia legato Apostolico*, anno septimo post Christi passionem, in eandem domum fuit à Carmelitis in honorem S. Annæ erectum, ac circumquaque eorum Monasterium constructum; prout ex Chronica Romana, ita colligit ipse Brandeyus; *fuit tempore predicationis Domini nostri Iesu Christi; quod fratres de Mon-*

5 *lib. Chron. c. de propag. Ord. Car. c. 2.*

*Monte Carmeli Hierusalem accesse-runt, & quidem illorum, anno septi-mo à possessione Domini, regnante Im-perio Romano, usque ad tempora Titi, & Vaspasioni Imperatorū; apud Hie-rusalem, in porta Aurea religiose con-sederunt*; Testatur etiam Ioannes Hildesheimens, (6) Angelus, à tre-censis quatraginta ferme annis Au-ctor, sequenti sermone, *Traditum ò tenemus à Patribus, quod primus Cō-uentus Ordinis, post Montis Carmeli Collegium, fuit Hierosolymis, in loco qui porta Aurea dicitur, in quo Ioa-chim, & Anna conuenerunt, & in il-lam coniunctionem censenserunt, ex qua gloriosa Virgo concepta fuit*; Ita æque plures exteri Scriptores; nec non peruetustus Arnoldus Bostius, referens, Anno Domini 326. tempo-re Magni Constantini; tale Cœno-bium ob eius pia parente Helena, re-

stau-

6 *lib. disens. Ord. Carm. c. 3.*

ſtauratum fuiſſe; *Renouauit*, *inquit*, (7) *Monaſterium Sanctorum Virorũ Carmelitarum Hieroſolymis in Porta Aurea, vbi, & Corpora SS. Ioachim, & Annæ inuenerat, & exaltarat 7. Kalendas Auguſti*; Ita ſentiunt uniformiter, Thomas Auriemma (8) Societatis Ieſu, in Vita S. Annæ, Italico ſermone ab ipſo conſcripta; *In queſta Porta Aurea, poi in progreſſo di tempo, li Frati Carmelitani ereſſero vn Conuento... intitolato Domus S. Annę.* Ioſeph Andres eiuſdem Societatis, decore Carmeli 15, & Franciſcus Maggio Clericus Regularis, in ſuo Carmelo Mariano, benefic. 5.

CA-

7 *Spec. hiſt. lib. 5. c. 23.*
8 *lib. 1. cap 9.*

# CAPVT VIII.

*Ioachim, & Anna die Sabbati Carmelum petunt, & consolantur à Carmelitis de eorum sterilitate.*

28 QVamquam Ioachim, & Anna ob legis obseruantiam, multa ad effectum demandassent, multaque alia ob eorum peculiarem pietatem, religiosè peregissent, minimè autem ob hanc causã, eorum cor erat expletum, sed stimulo magis placere Deo, ad alia pietatis officia dirigebatur. Propterea inhærendo antiquæ consuetudini, hæbreorum, etiam diebus Sabbatorum, vt (1) in quarto Regum, optimè astruit Abulensis, *nempe, quod Sabbato, vel Kalendis multi conue-nie-*

1 *quæst, 30.*

*niebant in Monte Carmelo de locis vicinis, vt audirent verbum sacræ admonitionis*; & sequuntur, Cornelius à lapide in eumdem locum, Suarez tom. 4 (2) de Religione, & alij permulti, & Kalendarum, orationis causa, vel eruditionis gratia, tam ad Semnion in Carmelo erectum, quam ad eius Carmelitas, ipsi continuò se conferre solebant, sequentibus verbis testatur Trithemius Abbas; *Mons Carmelus, à temporibus Eliæ, (3) & Elisei Prophetarum, vsque ad aduentum Domini sanctis, & iustis semper claruit Eremitis, Deo inculpatè famulantibus: ad quos pro consilio, & informatione ad iustitiam, & sacratioris vitæ institutionem, non modo Saluatoris nostri secundum Carnem Parentes, verum etiam, alij de vniuersa Iudæa viri boni, & iusti, frequen-*

2 *tract.9.lib.2. c.10.*
3 *lib.2.c.12 de Vrticeto.*

*quenter leguntur, habuisse recursum.*

29 Corroborant pedetentim hanc veritatem, primo hispano sermone, Emmanuel Ortigas (4) Iesuita; *Estaua Nazareth vicina la falda del Carmelo, en donde San Ioaquin, y santa Aña añade por visitar, y oir la celestial dotrina de los Venerables Eremitannos de aquel Monte Santo, que desde Elias, y Eliseo auian con Religioso cultu, y obseruancia conseruado aquel puesto, come el primero de sù Instituto, con, con Oratorio dedicado a Vergen, que auia de parir: Virgini parituræ*, Deindè, celebris ille per vetustis Auctor Arnoldus Bostius, ita scribens in suo libro de Patronatu Virginis, (5) *Anna compluries, haud dubium, deuotione præcipua Carmelicolas visitauit, præsertim* eum teste



4 *lib.Triumph.del Carm.*§.11.
5 *par.2.cap.23.*

*S. Cyrillo Alexandrino, Mater eius Emerentiana, eum locum, mira semper affectione dilexerit*,(6) Ac tandē in suo Monte Carmelo, eruditus ille Prædicator Philocalus Caputus.

30 Ad Eliæ igitur posteros, orationis causa, siue ad audiendum verbum vitæ, aut ob spem impetrandi Sobolem, ibant deuotè Ioachim, & Anna, diebus Sabbatorum, & Kalendarum, & quid quid in corde habebant, præsertim eorum sterilitatem, cum ætatem quinquaginta annorum tunc transegerit Anna, sanctis illis viris enunciabunt; Illi autem, ut piè credimus, ita consolationes adhibebant eorum petitionibus, *ut fide firmi, spe stabiles, sperantes in Deum nihil timerent, sed ab eo potius omnem consolationem sperarent; siquidem, si erant steriles corpore, fęcundi tamen videbantur virtutibus: tardi*

*si:*

6 *par.2.c.3.*

*ſoboli, ſed non Deo, qui omnia pondere, & menſura diſponit ſuauiter. Et ideo, quanto magis prolem protrahit, tanto plus partum cumulat donis cæleſtibus, ut in Iſaach, & Iacob Luculuntius inſpicitur; Patienter igitur cum Propheta ſuſtinete Dominum, & viam eius cuſtodite, quia exaltabit vos,* ut hæreditate capiatis terram. Hoc conſolationis argumento aliquantulum ricreati, & pace ab eis interea petita, ad eorum propria reuertebantur, è Carmelo.

## CAPVT IX.

*Ioachim, & Anna ad festum scenophegiæ accedunt, & ob eorum sterilitatem spernuntur à summo Sacerdote.*

31 DEuotè ergo peractis à Ioachim, & Anna, omnibus recensitis rebus, septimus mẽsis interea accessit, quo iuxta legis obseruantiam, ad celebrandum festum scenophegiæ, tenebantur Hierosolymam ipsi proficiscere? propterea ibi profectionem eorum instituerunt, si quidem, ut docet S. Thomas Aquinos, (1) in lege veteri, septem festiuitates quolibet anno celebrabant Iudæi, quorum demptis quatuor minoribus, reliquos tres hic



1 2.p.q. 103. art. 4 ad 10.

Nos referemus, cum adeò inter Iudæos extiterint principales, ut ad eos solemnizandos, teste Ioannes Grossi, etiam nostri Eliani accesserint, è Carmelo; (2) *Eremitæ isti propter eorum vitam, legem Domini non prætermittentes, singulis annis, ter in Hierusalem veniebant, ibidem festa celebraturi, scilicet Paschæ, Pentecostes, & scenophegiæ.*

32 Festum autem Paschæ, (3) celebrabatur scribit S. Doctor, *primo mense cuiuslibet anni, ad commemorandum beneficium liberationis, ex Egyptiaca potestate; festum verò Pentecostes? recolebatur post dies quinquaginta à festo Paschatis, ob memoriam legis datæ. Et tandem festum scenophegia, siue Tabernaculi, in septimo mense celebrabant Iudæi, post transactum decimum diem, & eum*

*solem-*

2 *Virid. Carm. p. 1. clauis* [illegible]

3 *p. 2 q. 102 ar 4 ad 10.*

*solemnizabant septem diebus, ad commemorandum beneficium diuinæ protectionis, & deductionis per desertum, vbi in Tabernaculis habitarunt.*

33 Ad hanc igitur solemnitatem in Templo Domini celebrandam, ad quam ex præcepto legis omnes conuenire debebant, etiam Anna grandæua, ex Nazareth cum Viro suo veniens, *scribit S. Andreas Cretensis*, in propria domo Portæ Aureæ, serò recepit hospitium, in qua cum Ioachim totam noctem transegit in diuinis orationibus, donec scenophegiæ illucesceret festiuus dies; Ipso autem orto, uti legis veri obseruatores, in Templum Domini cum muneribus statim conuolarunt, & dum hora consueta, ante Aram maximam adessent ad immolandum Domino, in ipsos Summus Pontifex oculos conijciens, cū agnouisset, quod diuturno tempore

sine

ſine prole tranſigiſſent matrimoniũ, eos non ſolum publice de eorum ſterilite increpauit, verum, coram fæcunda Coniugum multitudine, à ſolita Iudæorum oblatione expulſit, Rem geſtam, ſic narrat S. Hieronymus, *vocans feſtum ſcenophegiæ*, *Encæniorum*, quod idem eſt ſecundum S. Auguſtinum: *factum eſt* (4) *autem, ut Encæniorum feſtiuitas appropinquaret, vnde cum nonnullis contribulibus ſuis, Hieroſolymam, & Ioachim aſcendit; Ea vero tempeſtate Iſachar ibi Pontifex erat, cumque inter cęteros conciues ſuos, etiam Ioachim cum oblatione ſua videret deſpexit eum, & munera eius ſpreuit, interrogans, cur inter fæcundos, infecundus ipſe ſtare pręſumeret, dicẽs: Munera nequaquam Deo digna poſſe videri, quem ille prole in dignum iudicaſſet, ſcriptura dicente, maledictum*

4 *lib. de orat. B. V. Mariæ.*

*ctum omnem esse, qui non genuisset masculum in Israel*, Confirmant etiã hanc historiam S. Andreas Cretensis, his verbis; *Sacer*(5)*Ioachim, & Anna legalibus Sacerdotibus dona obtulerunt; repulsique, ut infœcundi, at steriles, uniuersum largitorem oratione pulsarunt*; Et S. Vincentius Ferrerius (6) *Ioachim à Sacerdote nolente recipere suam oblationem, repulsam habuit, & expulsus fuit de Templo confusibiliter.*

34 Quem putas Amice Lector, fuisse nobilis Annæ Matronæ ruborem, ex hac enormi repulsa, & grandi despectu sui dilectissimi Sponsi? Numquid typo ipsa superbiæ inflata, pro consueto fœminarum genio, virum suum ad vindictam extimulauerit? nequaquam, sed hanc nimis acerbam, & probrosam summi Sacer-

5 *Can. de concep. S. Annæ.*
6 *ser. 2. de Nat. B. V.*

cerdotis insultationem, inuicta pacientia sustinentes, inconsultus ille, ab illa abijt, ac simul tandem discesserunt, è Templo; scribit italico idiomate, Thomas Auriemma, Societatis Iesu; *Che Anna*(7)*se fosse trouata presente nel Tēpio, lo riferiscono grauissimi Autori, trà quali S. Andrea Cretense, Castri, & altri molti da citarsi: sentì Giacchino grandemente questo publico affronto, nè per questo, ne fè risentimento, come ponderò San Vincenzo Ferrerio, e fù tale la sua mortificatione, che se ne vscì solo dal Tempio senza dar parte ad Anna, e se n'andò nella solitudine, in un luogo ermo, doue haueа alcuni suoi Armenti, per seguire il digiuno di quaranta giorni, come testificano S. Eustachio, e S. Germano, se nè vscì parimente Anna dal Tempio, e non hauendo potuto hauer nuoua di Gioacchino, si*



7 *Vita s. Annæ lib. 1. c. 9.*

*ritirò nella sua casa* . . . hæc ille eruditus scriptor.

## CAPVT X.

*Ioachim in Carmelo, & Anna in Horto suo, pro obtinenda prole, enixas praeces effundunt ad Deum.*

35 DEdecore igitur sterilitatis Ioachim, & Anna oppressi, ab Isachar summo Iudæorum Sacerdote, quamuis de illata ignominia vindicari possent, id autem facere, non solum renuerunt, verùm, & de hominis istius imprudentia, haud quaquam fuerunt dedignati, sed sterilitatis improperium forti animo sustinentes, *eius sacerdotalem dignitatem*, testante S. Vin-cen-

1 *ser. 2. de Natiu.*

centio Ferrerio, (1) *prauiæ humillima inclinatione, potiùs venerarunt*; Non mutatus color, non corrugata frons, non in altum deducta supercilia, nec mens vindictæ inhians, minas spirabat? sed, ut sanctos decebat, se se libenter diuinæ voluntati conformantes, pacifici, & deuoti processerunt, è Templo; Joachim autem, ne à cæteris suipsius Tribu, qui Sacerdotem eum increpantem auscultarunt, denuò inureretur sterilitatis infamia, inconsulta vxore, *non in Nazareth*, (2) scribit S. Hieronymus, *sed in agrum, ubi suarum Ouium multi degebant Pastores, mortificatus se contulit*; Ibi ergo teste S. Eustachio, (3) *Extructo Tabernaculo, supplicibus votis Deum rogabat, ut concessa prole ab eo auferret sterili-*



2 *lib. de Ortu B. V.*
3 *lib. Hexamer.*

*litatis improperium.* Anna verò cum de discessu Sponsi sui, è Hierusalem, nullam haberet notitiam, & existimans reuersum illum fuisse in Nazareth, ibique perrexit, sed eum in propria domo minimè inuenit; Propterea, in horti sui solitudine, *assiduis orationibus, quotidie*, secundum Sanctum Epiphanium, *Animam suam fundebat in conspectu Domini*, ut permissa Sobole, publicam apud Iudæos sterilitatis ignominiam, ab Ancilla sua misericorditer tolleret.

36 Quales autem præces pro suspirata prole Ioachim in recensito agro constitutus ad Cælum emiserit, dabimus inferius, eo quod nunc locum huiusmodi agri, attentè perscrutare debemus, in quo secundum plures Scriptores, non solum pascua ipse habebat, & armenta plurima, verum, & magnum dierum numerũ in sancta pænitentia consumpsit; Et

nè

nè à veritatis tramite discedere videamur, pro comperto dicere debemus, talem compascuum agrum, fuisse Vallem illam, nuncupatam Carmelon, inter Carmelum, & Nazareth interiectam, ut apertè testantur (4) Doctissimus Pater Franciscus Sotus Societatis Iesu, & Magister Philocalus Caputus ;(5) siquidem in tali loco, & non alibi Ioachim, pascua, armenta, & tabernacula Pastorum possidebat ; Ceù, & mons ille, in quo secundum S. Epiphaniũ, orationes quotidiè ad Cælum effundebat, (6) *Ioachim siquidem prætabatur in Monte, Anna vero in horto suo*, Mons Carmelus erat, cum iuxta supracitatos Doctores, præter Carmelum, alius Mons minimè repe-

4 *serm. de Nativ. B.M.V.*
5 *Mont. Carm. p. 2. c. 3.*
6 *Orat. de laud. B.V.*

periatur in tali loco? prout etiam videri poteſt apud Adrichomium in ſuo Terræ Sanctæ Theatro, & Vuolffangum Vueiſemburgium, in libro de ſcript. Terræ Sanctæ.

37 In Monte ergo Carmelo, à noſtro S. Patriarcha Elia electo, uti loco ſilentio, & orationibus apto, lachrymis, ieiunijſque Ioachim, vt probroſam ſterilitatis notam, ab eo auferre dignaretur, ſic Deum aſſiduè orabat; *Omnipotens, & miſericors Deus, cordium verus Scrutator, cui vniuerſa patent, & minimè abſcondita eſt ſemitas mea, in qua cuſtodiendo mandata tua die, ac nocte cũ omni humilitate cordis, fide pura, & ſpe firma ambulaui; Te benignè deprecor, te enixè exoro, vt reſpicias tantiſpem opprobrium meum, quo factus ſum vicinis in parabolam, pſalmus quoque à Iudæis, & illud à me auferas Clementiſſime Domine, indulgendo mihi prolem,*

*lem,*(7) *quam promitto Maiestati tuæ offerre, ut continuò deseruiat tibi, ac corde puro te diligat, per omnia sæcula sæculorum. Adiutor meus, & Protector meus tu es, Deus meus, nè tardaueris.*

38 Similiter in Nazareth Anna Vxor eius, refert S. Eustachius, (8) vestitu incultu, & horrido tecta, præcibus, & lachrymis, prolem à Deo impetrabat; Ast, *vnde putas horrida, & squalida? Nisi quia in ieiunio, & cilicio, in fletu, & plantu,* (9) *Corpus, & Animam suam, quotidit macerabat*; Ipsam quoque, penes S. Germanum, ita loquentem auscultata; *Hac Ego in horto meo, oculis ad Celum defixis, manibus autem pectus tundens, ad Deum, qui in Cælis est, cla-*

7 *S.Vinc.Ferr.ser.2.de Nat.B.V.*
8 *lib.Heram.*
9 *Orat.de Nativ.B.V.*

*clamabam*; In Cælum quoque præcabatur intenta, plangebat, & pectus tundebat, ut scias ex illius eximio pectore, orationem prodesse? Siquidem deuota, & vera oratio, ex puro, & humili corde procedere debet; Hinc S. Andreas Cretensis, ad exaltandam orationem horum Sanctorum Coniugum, refert, eos fecisse interpellationes frequentes, ac crebra sacrificia, in quibus (9) *Deum orabant, rogabant, & supplicabant*; videlicet, ut eorum sterilitatis vincula solueret, & prolem eis, perbenignè concederet.

CA-

9 *Orat. 1. de dormit. B. V.*

# CAPVT XI.

*Ioachino, & Annæ Gabriel apparens, eis promittit Sobolem, cælitus futuram.*

39 DVm ergo Ioachim in agro Carmelon, & Anna in Horto ſuo Nazareth, ſpe ſuſcipiendæ ſobolis, ducebant vitam in arida pænitentia, non paucas calamitates forti animo, adeò ſupportantes, ut numquam eorum animum ab inuicta patientia, & aſſiduis orationibus, nec longiſſima mora tot annorum intercurrentium, aut faſtidioſa ſuſpiratæ prolis dilatatio, potuiſſent euincere, ſiue à ſanctis operibus quid minimum deſiſtere? Ecce poſt ſuperata conſtanter, tot naturæ, & fortunæ nouercantis ludibria? Poſt deuictas inconcuſſa animi con-

ſtantia, omnes tribulationes cuiuſcumque generis: Poſt innumeras effuſas lachrymas, peracta ieiunia, ac demum ad Cælum inhærentes oculos, motus Deus ipſe ad miſericordiam, volens non amplius differre Ioachimi, & Annæ deſideria, miſit Nuntium ad eos è ſuperis, teſtante S. Birgitta, (1) Gabrielem Archangelum, qui primo nunciaret Ioachino, Annam eius Coniugem, mox per eum filiam concepturam, toti Orbi gratiſſimam; Deinde Annæ euangelizaret, inclytum ab ea quamtò uſus mediante Ioachino, procedendum fætum, ab uniuerſa Iudæa valde ſuſpiratum.

40 Voluntati diuinæ Cæleſtis Orator obtemperans, ſtatim in agrũ Carmelon aduolauit, ubi in ſuo tabernaculo orantem, & Dominum

Deum

1 ſer. 1. de Angelic.

Deum ſuum deprecantem Ioachinum inueniens, ita affatus eſt ei: *Pax tibi ſit optime Vir?* At ipſe ex hac voce expaueſcens, ſtupens, ac tremens, cecidit in terram: ſed in eodem inſtãti ei repetens Internuntius Dei, ait, *Noli timere, ò Ioachim, immò forti animo eſto? Ego enim ſum Gabriel, miſſus à Deo, ut indicarem tibi, quoniam exaudita eſt oratio tua, & propterea Vxor tua Anna, mox ex te concipiet, tibique nouam decurſis menſibus, ſpectantiſſimam filiam pariet, quam vocabis Mariam, à Deo in mentis ſuæ acie, ab æterno prædeſtinata. Et hæc Ducem illum, tot iam ſæculis ab Vniuerſo Iſraeli optatum, erit paritura toti Mundo, abſque detrimento ſuæ Virginitatis. Tibi autem hoc erit inſignum; quod dum in Templum Domini ad reddendas ex hoc ei gratias, deuote pergeris, Annam coniugem tuam ad immolandum*

*Domino, etiam sacrificia, in domum Portæ Aureæ, te expectantem reperies; simul ergo Deum Cæli, & terræ benedicite, & coram viuentibus confitemini ei; quia fecit vobiscum misericordiam suam*; & discessit Angelus ab eo.

41 Nazareth interea aduenjens totus coruscans lumine, Annam in horto suo orantem inuenit; eamque statim ita salutauit; *Aue mulier, præ cæterum mulieribus à Deo benedicta; & exaltata?* Expauit tunc ipsa ad hanc salutationē, & tota contremuit; sed statim *ei noli timere* Dei legatus respondit, *quia non sum phantasma, sed Gabriel Angelus, missus à Deo, vt annunciare tibi, esse iam desiderium tuum tot annorum pro obtinenda sobole, ad effectū demandatum; siquidem ex Viro tuo festinanter concipies, eique filiam benedictam paries, ab æterno praele-*

*ctam*

*etiam à Domino, quæ Spiritu Sancto replenda, sacra foret fæcundior, Rachele formosior, Rebecca, ac omnibus tam prætentis, quam futuris mulieribus præstantior; Eamque vocabis Mariam, Maris stellam videlicet, eò quod nascetur ex ipsa sol iustitiæ, qui redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius; Et hoc erit tibi in thessera huius meæ annunciationis, quod dum Templum Domini ad laudandum nomen eius, proficisceris, virum tuum Ioachim in Porta Aurea inuenies, qui venit etiam ad immolandum Domino; Ipsum ergo toto corde benedicite, & cunctis tandem narrate mirabilia eius, quæ fecit vobiscum*, scribit fusius hanc historiam S. Hieronymus: eamque S. Fulbertus Cornotensis (2) Antistes, ita refert; *Euolutis ergo tot annorum curriculis, missus est*

2 *serm. de Nat. B.V.*

*est Angelus Domini prius ad Ioachim, demum ad Annam, nuntians ei nascituram filiam, nomine Mariam, cui similis sanctitate, nec antea nata fuerit, nec postea nascetur*; Testatur etiam S. Germanus Constantinopolitanus Patriarcha, (3) sequentibus verbis: *Dominus flexus amborum precibus, misit Angelum, nuntians eis conceptionem eorum filiæ*. Tādem eam firmat nobili carmine, Baptista Mantuanus, Poeta Christicola. (4)

*Dicitur hæc Virgo, steriles habuisse Parentes,*
*Quæ res Hebræis ignominiosa solebat*
*Esse: nec in Templum steriles inferre mariti*
*Dona sinebantur: namque ut sine frugibus arbor*

*Di-*

3 *lib. Encom. B. V.*
4 *lib. 9. fastor. ad 8. Septemb.*

*Dicitur infelix: sic, & sine prole maritus,*
*Propterea Pater illius demissus ab alto*
*Sanguine Dauidis dimissa inglorius urbe*
*Rus ierat: Mater tamquam sine compare turtur*
*Desolata, domi, viduas imitata sedebat,*
*At Deus amborum sortem miseratus, ad illos*
*Vnum de Superis misit, qui dedecus istud*
*Tolleret, hic subito solymam perlatus ad Vrbem*
*Anna tuo dixit, surgens occurre marito*
*Rure reuertenti; veolitans in rure subinde*
*Ad Ioachim dixit: uenienti occurre Marito;*

Con-

*Concipiet, parietque nouæ tibi gaudia prolis;*
*Venit in occursum vir coniugis: illa mariti,*
*Iunxeruntque manus urbanæ in limine portæ*
*Aurea cui nomen.*

## CAPVT XII.

*Ioachim in porta Aurea Annæ unitur, & ad immolandum Domino, Templum eius simul petunt.*

42 IN agro ergo Carmelo Ioachim, Anna verò in domo sua, tantisper Gabrielis dictis in Domino recreati, dum eis post hac examussim obedire volunt, statim à proprijs domicilijs respectiuè discedunt, & in Hierusalem prope

Portam Auream eorum dirigunt iter, præsertim Anna, quæ festinanter ipsum arripiens, in domum portæ Aureæ ante Virum suum læta peruenit, in qua Ioachim paulò post etiã gratulabundus accessit, (1) *Eo quod Deus compleuerat labores illius*; Qualis namque fuerit ex hac dulci Coniugum visione, internum eorum gaudium, aut mutuus amor, nemo facile credit, aut poterit explicare; Charitatis amplexibus primò ad inuicem se salutarunt, deindè magnopere in his benedixerunt Deum, qui exaudiendo præces humilium, benigne eos liberauerat de sterilitatis improperio; Ast, perfunctis omnibus gratulationis officiis, *statim Ioachim (2) cepit Anna Gabrielis appa-*



1 *S. Germanus serm. de oblat. B. V. in Templo.*
2 *S. Andres. Cretens. ser. de dorm. V.*

*ritionem recensere*, qualiter in Carmelon ille immissus cælitus, spoponderat ei ex parte Dei altissimi, quod ex eorum matrimoniali vnione, foret ipsi nasciturus flos speciosissimus, nempè quædam Infantula, ex qua postea Orbi vniuerso oriundus erit, ille fructus benedictus ventris sui, iam olim promissus priscis sanctis Patribus, videlicet Messias, Quapropter ab eorum prosapia, non solum aufereretur sterilitatis infamia, verum pergenerandam filiam, Cæli repleretur, ipsa omnibus benedictionibus.

43 Anna autem hæc audiens tota perfusa lætitia, ita etiam sibi ab eodem Angelo, contigisse Nazareth, Ioachino palam ostendit. Propterea fide firma Gabrielis verbis simul credentes, ac nihil in illis hæsitantes, alternantibus vocibus innumeras benedictiones, & gratias red-

diderunt Omnipotenti, & misericordi Domino, refert S. Hieronymus ·, (3) *Tunc de mutua sua visione læti, & promissæ prolis certitudine securi, debitas Domino humilium exaltatori gratias egerunt.*

44 Fide deindè ipsa comite, pleniori tamen, qua in conceptu Isaac non fuerit? ibi enim Abraham credidit, Vxor vero risit, quasi de euentu dubitans: Hic autem vterque credidit, certum Angeli verba exitum habitura ·, Nemo ridet, nemo hæsitat, sed simul vniformes voluntate, & sponsione Angelica securi, Ioachim, & Anna ad immolandum Domino, festinanter, & Deuoti, in Templum eius properarunt, ubi teste S. Eustachio, (4) *Ioachim agnos decem præbuit ad sacrificium: duodecim vi-*



3 *de Nat. B.V.M.*
4 *in Nexamer.*

*vitulos donauit Sacerdotibus, senatoribus verò centum hircos.*

45 Dumque Sacerdotes recensitos decem agnos in gratiarum actione pro sanctis coniugibus Domino immolabant, Ioachim, & Anna inclinati in terram profundius, in Cælum, etiam eorum animas effundebant, laudantes, & benedicentes Dominum, *quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius*, eo quod non despicit clamorem Pauperum, nec loquelam gemitus, sed potius consolatur humiles, eos piè eripiens de eorum tribulatione, & de opprobrio, sit igitur ipse benedictus in sæcula.

46 Verum, cupiens Ioachim Deo reddere potiora beneficia, ab humo, in quo iacuerat prostratus se erigens, defixis in Cælum luminibus, ita Creatori omnium gratias agebat, *Confiteor tibi Domine, quo-*

*niam*

*quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem, lapidem, quem reprobauit, Iſachar, factus eſt hodie in caput anguli; A te Domine factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. O Domine? ſaluum me fac, & benè proſperare, & benedicta ſit tandem illa, quæ in nomine tuo veniet*; ſimiliter Anna, & ita ad Deum dirigebat ſuas peculiares leudes; *Voluntariè ſagrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonus eſt, quoniam in ſęcula miſericordia tua, qua eripuiſti me, da lucu miſeriæ, & de luto fæcis*; Cæterum in Templo omnibus ſacrificijs peroratis, & benedictione accepta à Sacerdote, recedentes ab eo, in eorum domum Portæ Auræ deuenerunt, in qua religioſiſſime degendo per aliquot dies, in Nazareth tandem conſumatis diebus, reddiderunt,

CA-

## CAPVT XIII.

*Ioachim, & Anna discedentes de Templo, domum Portæ Aureæ petunt, ibique Deiparam concipiunt sine originali peccato.*

47 ERat tunc annus 5183. ab origine Mundi: decimus sextus ante Christi Natiuitatem, ætatis verò Annæ, nondum terminatus quinquagesimus nonus, quando ipsa, & Ioachim reuertentes de Templo, in domum Portæ Aureæ deuenerunt, in qua teste Deiparæ (1) apud S. Brigittam, ob desideriũ procreandi magis promissam sobolem, quam ob carnalem concupiscentiam, ipsi se se in thoro maritali con-

1 *lib.6.reuel.cap.55.*

coniunxerunt; *Quando Pater meus, Mater mea, matrimonialiter conuenerunt, plus hoc fecit obedientia, quã voluntas, & plus operata est Charitas diuina, quam voluptas carnis; Nam hora, in qua ego concepta fui, benè potest vocari aurea hora, & pratiosa, quia alij Coniuges conueniunt ex voluptate carnali, mei verò Parentes conuenerunt ex obedientia, & pracepto Dei.*

48 Propterea totus Orbis Catholicus fatetur, Beatissimam Virginem Mariam, in tali obedientiali vnione, conceptam fuisse à Parentibus, ob peculiarem Dei gratiam, sine originali peccato; sanè quia, non voluntariè, sed ex obedientia, & mandato Dei, accessit ipsa maritalis copulatio, & plus *Charitas Diuina*, quam *voluptas carnis*, in ea operata fuit; Et ideò, iure optimo talem conceptionem, gratiæ potius,

quam

quam naturæ vocat Damascenus, (2) *Quoniam futurum erat, vt Dei Genitrix ex Anna oriretur, Natura gratię fætum auertere, non est ausa, verum tantisper per expectauit, dum gratia fructū suum produxisset*; Quis namque scire desiderat, qualis fuerit hic fructus productus à gratia, (3) Incognitum nostrum consulat qui fuisse purificationem, & sanctificationem seminis Ioachimi, ità tuetur aperte, & ostendit, *Antequā Anima Virginis esset creata, inquit, semen illius purificatum fuit, & sanctificatum, & sic anima illi vnita sancta fuit, nec vllo modo maculata*, Procul dubio ita diuinitus accidit, scribi Basilius, *Quia digna* (4) *erat, caro compecta ex sanctitate, vt digni-*

*tati*

2 *Orat. 1. de Natiu. B.M.V.*
3 *Psal. 29. num 488.*
4 *Orat. de gener. Verbi Diuini.*

*tati Vnigeniti vniretur*; Ad hoc autem, subiungit lumen Ecclesiæ Augustinus, *Vt* (5) *de mundissima Matre, filius mundissimus nasceretur.*

39 Hanc Virginis Inmaculatæ excellentiam, tamquam verissimam agnoscens Trithemius Abbas, ita conceptioni eius deuotè gratulatur; *O sancta, (6) & prius inaudita Conceptio? Concepit à viro, sed nulli unquam crimini hęc fuit obnoxia conceptio; concepit secundum naturę ordinem, sed præter consuetudinem; O Sancta, & continuis laudibus celebranda Conceptio, quæ Matrem sine macula Dei filio parat, de qua Chorus Angelorum iubilat, totúsque in Orbe terrarum Mundus exultat, Verè semper honoranda Conceptio, quæ omnipotenti Deo prius grata extitit, quam*



5 *ser 20. ad fratres in Eremo.*
6 *lib. de S. Anna cap. 6.*

quam naturæ vocat Damascenus. (2) *Quoniam futurum erat, vt Dei Genitrix ex Anna oriretur, Natura gratię fœtum auertere, non est ausa, verum tantisper per expectauit, dum gratia fructū suum produxisset*; Quis namque scire desiderat, qualis fuerit hic fructus productus à gratia, (3) Incognitum nostrum consulat qui fuisse purificationem, & sanctificationem seminis Ioachimi, ità tuetur aperte, & ostendit, *Antequā Anima Virginis esset creata, inquit, semen illius purificatum fuit, & sanctificatum, & sic anima illi vnita sancta fuit, nec vllo modo maculata*, Procul dubio ita diuinitus accidit, scribi Basilius, *Quia digna* (4) *erat, caro compecta ex sanctitate, vt digni-tati*

2 *Orat. 1. de Natiu. B. M. V.*
3 *Psal. 29. num. 488.*
4 *Orat. de gener. Verbi Diuini.*

*tati Vnigeniti vniretur*; Ad hoc autem, subiungit lumen Ecclesiæ Augustinus, *Vt* (5) *de mundissima Matre, filius mundissimus nasceretur*.

39 Hanc Virginis Immaculatæ excellentiam, tamquam verissimam agnoscens Trithemius Abbas, ita conceptioni eius deuotè gratulatur; *O sancta*, (6) *& prius inaudita Conceptio? Concepit à viro, sed nulli unquam crimini hęc fuit obnoxia conceptio; concepit secundum naturę ordinem, sed præter consuetudinem; O Sancta, & continuis laudibus celebranda Conceptio, quæ Matrem sine macula Dei filio parat, de qua Chorus Angelorum iubilat, totusque in Orbe terrarum Mundus exultat; Verè semper honoranda Conceptio, quæ omnipotenti Deo prius grata extitit, quam*



5 *ser* 20 *ad fratres in Eremo*.
6 *lib. de S. Anna cap. 6.*

*impleta fuit; Verè digna Conceptio, quę Spiritu Sancto præseruante, à tanta puritate sumpsit exordium, ut disposita fuerit concipere, & parere Deum; colenda est igitur à nobis summa deuotione Anna sanctissima Parens, quæ Matrem* Dei, *sine macula concepit.*

50 Horum ergo Doctorum lemmatibus, apertè patet legentibus, quanta iusta ratione vocari potest hora Conceptionis Deiparæ cũ Sancta Brigitta *Aurea hora*, eo quod tunc Spiritus Sancti gratia, adeò eliminauit omnes culpæ tenebras, ut effulserit Conceptio Virginis tamquam Aurea lux, plena diuinis splẽdoribus, scribit S. Vincentius Ferrerius, *Illa* (7) *benedicta generatio Virginis Mariæ lux dicitur, quia sine tenebris culpa facta est; Modo autem*

in

7 *serm. 2. de Nat. V.*

*in generatione filiorum sunt multæ tenebræ propter intentionem carnalem, & corruptam Parentum: sed generatio Virginis Mariæ, fuit, ut lux, de qua habetur secundo Regum, capite 23. sicut lux Auroræ oriente sole mane absque nubibus rutilat; sic coniunctio Ioachimi, & Annæ luminosa fuit;* Proculdubio, coniunctio Ioachimi, & Annæ luminosa fuit, subiungit Ferrerio, (8) Sylueira Carmelita, immò maximæ estimationis extitit hora illa talis coniunctionis, videlicet, Hora aurea omnium gratiarū, *Aurea Virga Affueri.* Hora aurea fulgens splendore omnium virtutum: *lamina aurea in capite sacerdotis*; Hora aurea ad custodiendam omnem iustitiam, & sanctitatem *Zona aurea ad mammillas*; Aurea tandem, ad



8 *Opusc. var. opusc. 4. de Concept. V. q. 2, num. 8.*

defensionem totius Orbis ', *Reclinatorium aureum* ', sed

51 Hora aurea, etiam Ego dicam, non solum quia ex Dei peculiari gratia, omnes tenebræ originalis culpæ abfuerunt, verum, quia Virgo ipsa Sacratissima, nisi tota lucida extitisset in instanti suæ Conceptionis, sine tenebris cuiuscumque culpæ : *lucem illam*, quę venit in mundum ad illuminandum omnem hominem, minimè peperisset .' Siquidem *Decens erat, vt ea puritate niteret Virgo ipsa sacratissima*; docet Anselmus, *qua maior sub Deo nequit intelligi*; Talis autem puritas, teste S. Thoma Aquinate, *intenditur per recessum à contrario*, ab eo videlicet, *quod puritati est noxium*: sed puritati noxium est peccatum tam actuale, quam originale, quia coinquinat Animam? Ergo si ea puritate Beatissima Virgo nitere debuit, qua ma-

maior sub Deo nequit intelligi, proculdubio necesse fuit, ut immunis ipsa extiterit in sui conceptione, ab omni peccato, veluti *aurea lux*, circumdata diuinis splendoribus. Ita testatur supracitatus Angelicus Doctor, cum scribat, quod *Puritas intenditur* (9) *per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, & nulla contagione peccati inquinatum: talis autem fuit puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali, & actuali, fuit immunis.*

52 Meritò igitur, celebri illo præconio apud Esther, (10) exaltanda venit Immaculatæ Virginis Conceptio, videlicet, *Noua lux oriri visa est, honor, gaudium, & tripudium apud omnes Populos, Vrbes, atque*

9 1. *distin*.44.*q*.1.*art*.3. *ad* 3.
10 *Cap*.8.

*vitulos donauit Sacerdotibus, senatoribus verò centum hircos.*

45 Dumque Sacerdotes recensitos decem agnos] in gratiarum actione pro sanctis coniugibus Domino immolabant, Ioachim, & Anna inclinati in terram profundius, in Cælum, etiam eorum animas effundebant, laudantes, & benedicentes Dominum, *quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius*, eo quòd non despicit clamorem Pauperum, nec loquelam gemitus, sed potius consolatur humiles, eos piè eripiens de eorum tribulatione, & de opprobrio, sit igitur ipse benedictus in sæcula.

46 Verum, cupiens Ioachim Deo reddere potiora beneficia, ab humo, in quo iacuerat prostratus se erigens, defixis in Cælum luminibus, ita Creatori omnium gratias agebat, *Confiteor tibi Domine, quo-*

*niam*

*quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem, lapidem, quem reprobauit, Isachar, factus est hodie in caput anguli; A te Domine factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. O Domine? saluum me fac, & benè prosperare, & benedicta sit tandem illa, quæ in nomine tuo veniet*; similiter Anna, & ita ad Deum dirigebat suas peculiares leudes; *Voluntariè sagrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonus est, quoniam in sæcula misericordia tua, qua eripuisti me, da lucu miseriæ, & de luto facis*; Cæterum in Templo omnibus sacrificijs peroratis, & benedictione accepta à Sacerdote, recedentes ab eo, in eorum domum Portæ Auræ deuenerunt, in qua religiosissime degendo per aliquot dies, in Nazareth tandem consumatis diebus, reddiderunt,

CA-

## CAPVT XIII.

*Ioachim, & Anna discedentes de Templo, domum Portæ Aureæ petunt, ibique Deiparam concipiunt sine originali peccato.*

47 ERat tunc annus 5183. ab origine Mundi: decimus sextus ante Christi Natiuitatem, ætatis verò Annæ, nondum terminatus quinquagesimus nonus, quando ipsa, & Ioachim reuertentes de Templo, in domum Portæ Aureæ deuenerunt, in qua teste Deiparæ (1) apud S. Brigittam, ob desideriũ procreandi magis promissam sabolem, quam ob carnalem concupiscentiam, ipsi se se in thoro maritali con-

1 *lib. 6. reuel. cap. 55.*

coniunxèrunt; *Quando Pater meus, Mater mea, matrimonialiter conuenerunt, plus hoc fecit obedientia, quã voluntas, & plus operata est Charitas diuina, quam voluptas carnis; Nam hora, in qua ego concepta fui, bene potest vocari aurea hora, & pratiosa, quia alij Coniuges conueniunt ex voluptate carnali, mei verò Parentes conuenerunt ex obedientia, & præcepto Dei.*

48 Propterea totus Orbis Catholicus fatetur, Beatissimam Virginem Mariam, in tali obedientiali vnione, conceptam fuisse à Parentibus, ob peculiarem Dei gratiam, sine originali peccato; sanè quia, non voluntariè, sed ex obedientia, & mandato Dei, accessit ipsa maritalis copulatio, & plus *Charitas Diuina*, quam *voluptas carnis*, in ea operata fuit; Et ideò, iure optimo talem conceptionem, gratiæ potius,

quam

quam naturæ vocat Damascenus [2]. (2) *Quoniam futurum erat, vt Dei Genitrix ex Anna oriretur, Natura gratiæ fatum auertere, non est ausa, verum tantisper per expectauit, dum gratia fructũ suum produxisset*; Quis namque scire desiderat, qualis fuerit hic fructus productus à gratia, (3) Incognitum nostrum consulat qui fuisse purificationem, & sanctificationem seminis Ioachimi, ità tuetur aperte, & ostendit [3], *Antequã Anima Virginis esset creata, inquit, semen illius purificatum fuit, & sanctificatum, & sic anima illi vnita sancta fuit, nec vllo modo maculata* [4]. Procul dubio ita diuinitus accidit, scribi Basilius, *Quia digna* (4) *erat, caro compecta ex sanctitate, vt digni-*

tati

2 *Orat. 1. de Natiu. B. M. V.*
3 *Psal. 29. num 488.*
4 *Orat. de gener. Verbi Diuini.*

*tati Vnigeniti vniretur*; Ad hoc autem, subiungit lumen Ecclesiæ Augustinus, *Vt* (5) *de mundissima Matre, filius mundissimus nasceretur*.

39 Hanc Virginis Immaculatæ excellentiam, tamquam verissimam agnoscens Trithemius Abbas, ita conceptioni eius deuotè gratulatur; *O sancta*, (6) *& prius inaudita Conceptio? Concepit à viro, sed nulli unquam crimini hęc fuit obnoxia conceptio; concepit secundum naturę ordinem, sed præter consuetudinem; O Sancta, & continuis laudibus celebranda Conceptio, quæ Matrem sine macula Dei filio parat, de qua Chorus Angelorum iubilat, totúsque in Orbe terrarum Mundus exultat, Verè semper honoranda Conceptio, quæ omnipotenti Deo prius grata extitit, quam im-*

K

5 *ser 20. ad fratres in Eremo*.
6 *lib. de S. Anna cap. 6*.

*impleta fuit; Verè digna Conceptio, quę Spiritu Sancto præseruante, à tanta puritate sumpsit exordium, ut disposita fuerit concipere, & parere Deum; colenda est igitur à nobis summa deuotione Anna sanctissima Parens, quæ Matrem* Dei, *sine macula concepit.*

50 Horum ergo Doctorum lemmatibus, apertè patet legentibus, quanta iusta ratione vocari potest hora Conceptionis Deiparæ cũ Sancta Brigitta *Aurea hora*, eo quod tunc Spiritus Sancti gratia, adeò eliminauit omnes culpæ tenebras, ut effulserit Conceptio Virginis tamquam Aurea lux, plena diuinis splẽdoribus, scribit S. Vincentius Ferrerius, *Illa* (7) *benedicta generatio Virginis Mariæ lux dicitur, quia sine tenebris culpæ facta est; Modo autem*

*in*

7 *serm. 2. de Nat. V.*

*in generatione filiorum sunt multæ tenebræ, propter intentionem carnalem, & corruptam Parentum: sed generatio Virginis Mariæ, fuit, ut lux, de qua habetur secundo Regum, capite 23. sicut lux Auroræ oriente sole mane absque nubibus rutilat; sic coniunctio Ioachimi, & Annæ luminosa fuit;* Proculdubio, coniunctio Ioachimi, & Annæ luminosa fuit, subiungit Ferrerio, (8) Sylueira Carmelita, immò maximæ estimationis extitit hora illa talis coniunctionis, videlicet, Hora aurea omnium gratiarũ; *Aurea Virga Affueri.* Hora aurea fulgens splendore omnium virtutum: *lamina aurea in capite sacerdotis*; Hora aurea ad custodiendam omnem iustitiam, & sanctitatem *Zona aurea ad mammillas*; Aurea tandem, ad



8 *Opus.var.opus.4. de Concept. V.q. 2,num.8.*

maior sub Deo nequit intelligi, proculdubio necesse fuit, ut immunis ipsa extiterit in sui conceptione, ab omni peccato, veluti *aurea lux*, circumdata diuinis splendoribus. Ita testatur supracitatus Angelicus Doctor, cum scribat, quod *Puritas intenditur* (9) *per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, & nulla contagione peccati inquinatum: talis autem fuit puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali, & actuali, fuit immunis.*

52 Meritò igitur, celebri illo præconio apud Esther, (10) exaltanda venit Immaculatæ Virginis Conceptio, videlicet, *Noua lux oriri visa est, honor, gaudium, & tripudium apud omnes Populos, Vrbes, atque*

9 1. *distin*. 44. *q*. 1. *art*. 3. *ad* 3.
10 *Cap*. 8.

*que Prouincias* Quinimmò dicam apud Vniuersum Orbem, eo quod Gaudium Deiparæ Virginis Conceptio, annunciauit Vniuerso Mundo; Nec defuit Angelis Dei in Cælo ista lætitia? Siquidem testatur Sanctus Vincentius Ferrerius, *Quod statim postquam Corpus Virginis fuit formatum, & anima creata, Angeli tunc fecerunt festum Conceptionis in Cælo*, quale autem in terra gaudium fuerit Conceptio Virginis Carmelitis; sit

CA-

## CAPVT XIV.

*Conceptio Deiparæ Eliæ reuelatur, vnde Eliani eam in Carmelo colunt, priusquam in Mundo ipsa conciperetur.*

53 INter tot innumeras gratias, reuelationesque, quas noster Patriarcha Elias à Deo benignè obtinuit, non est vulgaris notæ, illa nobilis visio nubeculæ paruæ ascendentis de Mari (1) in Carmelum, eo quod præter pluuiæ historiam, magnum in se continebat Mysteriũ, Eliæ tunc in Carmelo oranti, ac prono in terram à Deo mirabiliter communicatum, videlicet, scribit Ioannes

1 3. *Reg*, c. 18.

nes 44 (2) Hierosolymorum Antistes, *Quod quadam Infantula per nubem ipsam significata nasceretur, quæ ex utero Matris suæ, ab omni peccato munda egrederetur; & quemadmodũ nubecula illa ascendebat de mari, absque ulla amaritudine? ita Infantula nasceretur de humana natura peccatrice: per mare designata, Munda in suo ortu, ab omni peccatorum sorde;* hæc ille, cui Ferdinandus Quintus Salazar, Societatis Iesu, ita adstipulatur, *Nubecula*(3) inquit *illa parua quæ si vestigium hominis orante in Carmelo Elia, de Mari ascendente visa est, nõ magis pluuiæ largitatẽ quam Mariæ puritatem prænuncians, atque presagiens: oriebatur nubecula dulcis ab initio, & Maria (quæ nubes à Hie-* ro-

2 *lib. de Institut. Monach. lib. 6. c. 4.*
3 *tract. de Concep. V. arg. 9. cap. 38. num. 11.*

*ronymo, & aliјs ſæpe Patribus appellatur) dulcis ab ipſo natura exordio, ſine ulla peccati amaritudine extitit; Aſcendebat illa leuis, & Maria nullo vnquam criminis pondere grauata, ſuper omnes homines altius ferebatur;* Referunt etiam hanc veritatem, Laurentius Aponte, (4) pariter Ieſuita, explicans ſapientiam Salomonis, & S. Methodius Epiſcopus Tyri, tempore Diocletiani martyrio coronatus, Deiparæ Virgini ſic alloquens; *Puritatis,(5) etiam tua Elias Propheta preſcius, atque cum eſſet in ſpiritu imitator, vita illius igniferę ſibi coronam alligauit;* Paulum tandem Zamoræ, Petrum Oieda, cæteroſque alios refert *Gregorius Candel, in trac. de antiqu. feſti Deipara in Ord. Carm.*



4 *c.1.n.4.digreſſ.2.§.3.*
5 *ſerm. de Puriſ. B.V.*

54 Hoc autem de Virginis puritate arcanum à Deo patefactum, noſtro Patriarchæ Eliæ, non palam ipſe, teſte eodem Ioanne 44. (6) ſed ſecretò aperuit conſortibus ſuis, videlicet, Eliſeo, Micheæ, Ionæ, & Abdiæ, quos etiam *ad exemplum ſuperexaltandæ Virginis*, iuxta Thomam (7) Beuxamis, *continentiam Virginitatis edocuit*, nec non eis præcepit, *ut talem Deiparam, tamquam eorum Patronam ex tunc, vſque in finem Mundi continuò colerent*; Ita omiſſis omnibus Ordinis Scriptoribus, teſtantur Iuſtinus Miechouienſis, Ordinis Prædicatorum, (8) ſuper Litanios Lauretanas, ſic ſcribens; *Carmelitæ Deiparam venerare ceperunt, primo in Typo, cum Elias eorum primu-*

6 *Ibidem.*
7 *Herm. Euang. tom. 1. c. 20.*
8 *tom. 2. diſc. 232.*

*mus parens, olim aſcendentem nubeculam Virginis Typo inſignem conſpexit, & Virginem parituram Meſſiam in ſpiritu cognouit, præcipitque filijs ſuis, ut hanc Virginem, tamquam Matrem, & Patronam ſingularem venerarentur, & colerent, quod ipſi omnibus modis ſtuduerunt operibus adimplere*; Angelus Paz Minorita ita loquens. (9) *Ex illis habetur Beatiſſimam Virginem à Carmelitis veneratam, antequam natam*, quod etiam probat Adrianus Liræus in Triſag. Marian. lib. 1. ſon. 36. referens ex Euſebio Cæſarienſi, lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. c. 17. ob Eſſenis, ſcilicet Eliſenis, Eliſei diſcipulis, *Mariam non dum natam, cognitam, & ſingulari veneratione cultam fuiſſe*; Et tandem Ioſeph Andres Ieſuita, (10) in



9 *to. 1. in ſimbol. lib. 5, c. 22.*
10 *Decor. 25. nu. 96.*

ſuo Carmeli decore, docens; *Elias ſanctiſſimus, ſacrum Ordinem Propheticum à ſe inſtitutum, Virgini Deum parituræ nouit, eiuſdemque Deiparæ Angelicam puritatem, quam imitarentur Carmelitis propoſuit.*

55 Eliæ igitur ſermonem, indicibili lætitia eius filij audientes, ſtatim proni in terram, & erectis in Cęlum luminibus, non ſolum peculiares gratias de narratis Deo reddiderunt, verum & præceptis eorum Parentis, promiſerunt totis viribus obedire. Propterea, ad colendam Deiparam, & eius Conceptionem, *Semnion*, ideſt Orationis Templum, tunc Elias in eodem Carmelo erigi curauit; *Elias in Monte Carmelo domum orationi deſtinatam, appellatam Semnion edificauit*; Ita (11) Ioannes 44. Hieroſolymorum Antiſtes, quem-

ſe.

11 *lib. de Inſtit. Monach. c. 28.*

temperare

sequuntur Adrianus Liræus, in Trisagico Mariano; (12) *Sanctus namque Propheta Elias in Carmelo orationi incumbens intellexit, septima ætate nasciturum Virginem, quæ Saluatorem prægigneret, ideoque in istius Virginis venerationem, ædiculam semnion nuncupatam ædificauit, ad quam filij Prophetarum eius discipuli, & successores conuenire solerent*; Et doctissimus Ioseph Andres Iesuita, (13) in suo Carmeli decore, referens hoc Carmen, ex Vinea Carmeli.

*Diua tuum veneror nubis,*
*Sub Imagine Numen,*
*Exemplumque tuæ Virginitatis*
*amo;*
*Templa dico, vitamque nouam tibi*
*consecro supplex*
*Gensque Eliana simul, & Mariana*
*mea est.*

Ad

12 *lib.1.son.35.*
13 *Decor.26.n.100.*

56 Ad hoc autem Elianum Sacellum, de quo cap. 11. & c. 8. mentionem fecimus, quotidiè Eliæ filij conuenientes, pio deuoctionis affectu, non solum Deiparam nascituram colebant, verum, & eius Immaculatam Conceptionem peculiariter celebrabant; testantur ex exteris, relictis nostris historicis, Emmanuel Ortigas Iesuita, idiomate hispano, (14) *De aqui el Carmelo, que commençò en sù sagrado Monte, primer Teatro, donde en la repetida nubicilla commençaron distintamente à celebrar los Triunfos dela Conception de Maria*; Et Ioseph Fernandez, eiusdem Societatis: *Mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparę, quis primum tributum uenerationis impendit? Nisi magnus Elias, in nubecula illa, è mari ascendente, quæ ipsam*

*in*

14 *Triunf. del Carmel. §. 5. de Cōcept.*

*in Typo exprimebat ; Quis eam sine peccato originali conceptam, solemni, ac publico ritu coluit ? Nisi isti magni filij Purissimæ Matris* . Nec mirum est hoc in pauperculis Eliæ filijs, verè seruis Dei, quando Gentiles etiam, & Sybillæ, de Messia Virgineque eum paritura , quamdam notitiam habuerunt .

Et quidem, sic Persica ait .

*Virgine Matre satus , pullo residebit asello ,*

*Ille Deus, casta nascetur Virgine magnus.*

Delphica verò ita prorupit :

*Qui Virginea conceptus ab alno*

*Prodibit sine contactu maris, omnia vincit,*

*Ille naturæ opera. At faciet, qui cuncta gubernat ;*

Samia, similiter astruit :

*Hunc poterunt clarum viuorum*

*tan-*

*tangere Regem*

*Humano, quem Virgo sinu inuiolata fouebit.*

Cumana etiam, cecinit ita:

—— *Castam pro Matre puellam diliget, hæc alias forma præcesserit omnes.*

Erythræa, idem confirmat:

*Virgine Matre satus.*

Cimmeria tandem vaticinatur:

*Militiæ Eternæ Regem sacra Virgo cibabit, lacte suo.*

Et libro 8. Oraculorum

—— *Puer inde creatus*

*Virgeo partu mira est mortalibus hæc res:*

*Sed res nulla Deo Patri, Natoque stupenda.*

57 Supradictũ autẽ Eliæ Semnion, à tempore suæ erectionis, usque ad annum salutis nostræ 38 perdurauit, donec tunc Eliani certiores facti va-

ticinium eorum Parentes Eliæ adim-
pletū in Deipara extitisse, Seniion
statim diruentes in eadem Carmelo,
Cappellam quandam in honorem
Virginis, eo loco, ubi Elias nube-
culam conspexerat edificarunt; com-
probat hanc historiam, non solum
Illustrissimus Salazar Iesuita, (15)
*Donec* inquit, *Orta iam Maria & vi-
sionem Eliæ reipsa comprobante, ab
eius Discipulis ædes sacra in Carmelo
extructa fuit, eiusdem Virginis præ-
clarum puritatis monumentum*; Ve-
rum, & Sacra Rituum Congregatio,
illis verbis: *Primi* (16) *omnium in eo
Montis Carmeli loco, vbi Elias, olim
ascendentē nubeculam, Virginis Typo
insignem conspexerat, eidem purissimæ
Virgini, Sacellum construxerint*.

58 Propterea, Petrus de Oida,



15 *tract. de Concept. virg. 12. c. 12.*
16 *in off. B. v. de Monte Carm.*

etiam Societatis Iesu, (17) magnopere Carmelitarum Ordini gratulatur, Eo, inquiens, *Quod à duobus millibus quingentis annis, traditio Immaculatę Conceptionis in eo extiterit*; cui etiam adiungi potest Ioseph Andres eiusdem Instituti, qui in suo Carmeli decore, *Expectat* (17) *ipse vniuersam Ecclesiam congratulaturam, immunitatem Deiparæ virginis ab originalis peccati labe, inter dogmata fidei recensentem*; Expectamus autem, & Nos, totaque nostra Carmelitarum familia, cui Deiparæ originalis immunitas, præcæteris uti res propria, peculiariter interest, eo quod suo Institutori primo fuit à Deo reuelata: deindè ab Angelo, Virginis Genitoribus in Carmelon promissa, in quo ab Elianis ante-

quam

17 *lib. pro inform. Immat. Concept.* 2 1
18 *Decor.* 3 1. *n.* 1 19.

quam Mundo conciperetur, fuit uſque in hodiernum diem deuotè celebrata, quinimmò exemplo, & ſcriptis, in toto Orbe ab eis defenſa, & dilatata.

## CAPVT XV.

*Carmelitæ, à tempore eorum parentis Eliæ, vſque nunc Conceptionem Deiparæ venerantes, huiuſmodi pietatis norma cęteris extiterunt, & exemplar.*

59 ELiani igitur, Originariam Deiparæ puritatem debito honore in Carmelo celebrantes, adeò à tempore eorum Inſtitutionis, uſque in hodiernum diem, nullo interrupto temporis interuallo, circa eam exaltãdam ſtrenuè ſe geſſerunt,

vt cæteris religiosis agminibus in promouendam Virginis Conceptionem, igniculus ipsi extiterint, & exemplar, refert in suo Carmeli decore (1) Ioseph Andres. *Hoc quoque nobilissimo stemmate condecorata refulges, O Eliana Illustrissima progenies, ac Deiparæ primogenitus Ordo? Quod eiusdem* Deiparæ *Originaria puritati, constantissimè asserenda, & validissimè propugnanda institeris prima, ac semper incumbas, ut id laudissimum pietatis munus, religiose adimplendi, cæteris religiosis agminibus exemplum fueris, & norma.*

60 Et primò quidem, Ecclesiæ Hierosolymitanæ Antistite Iacobo Minore, exemplum venerandi Conceptionem Virginis, præbuit Carmelus; Siquidem, cum plusquamà septimgentis annis ante ipsum Apostolum,

1 *Decor.* 30.

ſtolum , veneratio Conceptionis Deiparæ inter Elianos uſque tunc maxime vigeret, proculdubio dici poteſt, non aliundè poſt Ieſu Chriſti Aſcenſionem, talis pietatis anſam aſſumpſiſſe Sanctorum Apoſtolum, quam ab Eliæ filijs, Apoſtolis familiariſſimis; Quod autem ipſe coluerit Conceptionem Virginis, probat ejus liturgia, in lingua Syriaca ab ipſo Apoſtolo conſcripta, in qua ordinauit, ut Sacerdos poſt conſecrationem alta voce exclamaret, & diceret: *Memẽto Sanctiſſimæ, & Immaculatæ Deiparæ, ſemperque Virginis Mariæ.* Vnde Cantores reſpondebant: *Dignum eſt, vt te vere Beatam dicamus, Deiparam ſemper Beatam, & omnibus modis irreprehenſam Matrem Dei noſtri*; tradit nobis hanc liturgiam Sanctus Proclus Patriarcha Conſtãtinopolitanus, nec non de ea mentionem facit ſexta Synodus c. 37.

61 Deinde, ſicuti Iacobo minori exemplum venerandi Conceptionem Deiparæ in Eccleſia Hieroſolymitana præbuit Carmelus, ita pedetentim anno ſalutis noſtræ 37. normam colendi Conceptionem Virgini, exhibuit Iacobo Maiori, qui ſtatim cum ſuis ſocijs Carmelitis, eam per totam Hiſpaniam dilatauit, ut refert ex Chronicon Luythprandi, Thomas Thamay (2) de Vargas, Catholici Regis Hiſtoricus, & antiquitatis maximus indagator; *Beatiſſima Sedes* inquit *de Columna, quæ cōſtructa eſt iuſſu Beatiſs. Virginis à S. Iacobo Apoſtolo cum in Hiſpania prædicauit anno* 37. *& conſecrata eius Immaculatæ Conceptioni, quam omnes Apoſtoli prędicauerunt, ibique Carmelo cooperante, & Domino confir-*

2 *lib.* 1. *pag.* 33.

*firmante ſequentibus ſæculis*. Quod autem Iacobi Apoſtoli ſocij in hiſpania, fuerint Carmelitæ, Teſtis locuples eſt, Luythprandus Epiſcopus Cremonenſis, in ſuis fragmentis, *Magna (3) pars eorum, qui diſperſi ſunt in perſecutione S Stephani, & in Hiſpaniam venerunt, erant ex Monachis Montis Carmeli, ex quibus, S. Elpidius, & ſocij à S. Iacobo Pontifices creati, & poſtea Martyres effecti*; Ita etiam teſtantur Petrus de Ojea Ieſuita, in tract de virtut. Theologicis, epiſtola dedicat: & Emmanuel Ortigas, eiuſdem Societatis, in libro Triunfos del Carmelo, hiſpano ſermone; (4) *la Concepcion de Maria, viendola los Apoſtoles, tan valida en los Carmelitas, y ſus allegados la applaudieron, y propagaron por el Orbe*

3 *Fragm.* 118.
4 §.2. *pag.* 3. *de Concept.*

*be con los Cristianos primeros, que se iban esparciendo por el, y el antiguo luitprando Obispo Cremonense, in Chronicon citado da Tomayo de Vargas lib. 1. par. 33.*

62 Hæc autem pietas venerandi Conceptionem Deiparæ introducta, tam in Ecclesia Hierosolymitana, quam in Hispania, cooperante Carmelo, adeò à principio suæ institutionis, usque ad sęculum quartum fæliciter in ambabus partibus vigebat, vt Flauius Dexter, magnæ auctoritatis Vir, anno 430. ita meritò de secunda scriberet. *A Iacobi* (5) *prædicatione celebratur in Hispania festum Immaculatæ, & illibatæ Conceptionis Dei Genitricis Marię.* De prima autem, sufficit, quod tali tempestate, videlicet anno 412. Ecclesiæ Hierosolymitanæ vnus Carme-

5 *ad annum 308 num. 9.*

melita, scilicet, Ioannes 44 (Prior antea Montis Carmeli) Patriarcha extiterit, qui nisi Conceptionem Deiparæ nimio amore dilexisset, eam in libro illo de Institutio primor. Monachorum, ut vidimus, minimè tunc literis demandasset.

63 Florescente ergo sæculo quarto, tum Hierosolymis, tum in Hispania veneratione Conceptionis Deiparæ, fausto sydere, etiam tali tempore pullulare cæpit in Alexandrina Ecclesia, per Cyrillum (6) eius Patriarcham Carmelitam, in eius amplificationem, cæteris, ita scribentem; *Omnes homines excepto illo, qui de Virgine natus est, & sacratissima etiam Virgine, ex qua Deus homo prodijt in mundum excepta, cum peccato originali nascimur.*



6 *lib.6. in Ioannem cap. 15.*

64 Hic autem Deiparæ Conceptionis cultus in ſupradictis regionibus per Carmelitas exaltatus, à recenſito ſæculo quarto inter Hiſpanos, uſque ad ſæculum ſextum perſeuerauit interruptè, ſcribit Mariana (7) ex Kalendario S. Iſidori, qui iuſſu Concilij 4. Toletani reformauit Breuiarium Hiſpaniæ, nuncupatum, *Moſarabe*: & probat etiam antiquiſſima renouatio Monaſterij Carmelitarum Toleti, anno 575. à Principe Ricaredo facta: ut refert Iulius Perez Chronologicus Vrbis Toletanæ, in tract. de Eremitis, num. 15. ex antiquiſſimo exemplari: *Toleti in ſuburbio S. Mariæ de Alfizen, à temporibus antiquiſſimis templa Toletanorũ, quo venerunt olim Monachi Carmelitæ*: ergo erant ibi, feſtum Conceptionis celebrantes, idem habent Petrus San-

7 *lib. 6. cap. 5.*

Sanctius, lib. 3. Colon. Agrip. Syntax. num. 42.

65. Sæculo verò septimo, Conceptionis festum in multis Ecclesijs celebrabatur, ut ex Martyrolog. Bedæ colligitur, qui anno 730. floruit, Carmelo tamen exemplum præbente: Siquidem (8) teste Clemente Raynerio Benedictino, plurimi tali tempore Eliani, multas Scotiæ, Brittaniæque partes incolebant, ibi deducti ex Carmelo; ceù) & in Hetruria alij Carmeli Eremitæ degebant, ea tempestate, tum in Carmelo Senensi, anno 707. publicè erecto, quâ in illo Florentiæ, anno 743. authenticè fundato.

66. Anno 837. sæculo octauo, habetur in Sicilia authenticè fundatio Conuentus Leontini, (9) ubi Car-

N 2 me-

8 *Lez. t. 3. appar. c. 1. n. 26.*
9 *Lez. t. 3. annal. ad hunc annum.*

melitæ iuxta antiquam eorum deuo-ctionem, Conceptionem Deiparæ Virginis colentes; proculdubio; non solum exemplar tunc eam venerandi Siculis extiterunt (cum anno 847 Leo IV. anno 868 Adrianus II. anno 908, Sergius III. & anno 914 Ioannes X. multas Indulgentias visitantibus Ecclesias Fratum Ordinis Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo in eorum Festiuitatibus concesserint; inter quas festum Conceptionis V. peculiare erat) verũ, & Ciuibus Perusinis, apud quos sæculo nono, anno videlicet 956. Monasterium Carmelitæ *in Porta Eburnea* fundarunt: ut referunt Ludouicus Iacobellus *in Annalibus Vmbriæ, ad annum* 950. & Cesar Crispoltus, *in Perusia Augusta, cap.* 23. italico sermone composita.

67 Anno 1024. sæculo x. ut testantur Ordinis nostri Annales, Eliani in Ciuitate Venetiarum Mona-

ste-

sterium extruxerunt, ubi de more festum Conceptionis V. agentes, stimulum ad eam colendam certò Venetis fuerunt; ceù, & sæculo xi. etiā Germanis, dum anno 1098. *teste Ægidio Gelenio* (10) Coloniam Agrippinæ Carmelitæ deuenerunt à nobili Milite Bruno de Benerhoff, eorum ductore; nec non anno sequenti 1099. Gallis, eo quod tunc, ut testantur Frontus de Duc Societatis Iesu, *libro fundati. Contus Burdigali*, & Muñoz, *propugnat. Eliæ*, in Ciuitate Burdigalensi Aquitaniæ, eorum Conuentum Carmelitæ fundarunt. seculo xii. anno videlicet 1186. habetur fundatio Conuentus Dantisci in Polonia, vt patet ex authentico Instrumento, per Sabislarium primum Ducem Pomeraniæ ... etiam A...

10 *in sacrar. Colon. lib.* 3. *sintag.* 43.

emanato, quod integrum refert Daniel à V. Maria, *tom. 1. specul. Carm. par. 3. Miscell. num.* 2919. Et festum Conceptionis in eadem regione Carmelitę de more celebrantes, certò Polonis calcar) ad eam venerandam præbuerunt; Anno 1219. S. Angelus Carmelita Romam venit, & in Lateranensi Basilica, ad frequentissimam Populi Romani turbam, grauissimam habuit concionem, in qua præter cæteros auditores, S. Dominicus, & S. Franciscus adstiterunt; absoluta tandem concione, datis inuicem amplexibus, sese mutuis charitatis officijs exceperunt, simulq; in S. Sabinæ, ubi Dominicus habitabat hospitium susceperunt, ibique Frãcisco Angelus impressionem stygmatum prædixit, Franciscus verò Angelo, Martyrium; in quorum memoriam, in Cællula Conuentus S. Sabinæ, ubi sancti ipsi commorarunt,

runt, supra portam, hæc scriptio legitur.

*Memento posteritas, & memorare,*
*Hunc, quem præteris angulum per angustum,*
*Sat augusta is fuit Ss. trium virorum curia:*
*Dum anno salutis M.C.C.XIX. isthinc*
*Diuinis in colloquijs pernoctarunt*
*Trium Ordinum primitiua lumina,*
*Militantis Ecclesiæ fida columina*
*Franciscus Seraphicus*
*Angelus Martyr Carmelita,*
*Et Dominicus Cellulæ huius inquilinus.*
*Audi Roma*
*Felicius hic superuolat Auentino suo augurium,*

Ex

*En tali Heroum trisignate:*
*Quam qui olim Romulo tuo spectabat ibidem*
*Trium vulturum quaterniones.*

Ita Cardinalis Rasponus, in opere, Basilica, & Patriarch. Lateranen. lib. 2. cap. 15. & Petrus Rodulphius Minorita, Episcopus Senogalliensis *in Histor. Seraph. Relig. lib. 1. pag.* 32. Credi autem potest, quod tunc annuam venerandi Conceptionem Deiparæ Romanis hic Sanctus exhibuerit, eò quod

68 sæculo xiii. anno tandem 1340. ita scripserit Resolutus Doctor Ioannes Bachonius (11) *Publica, & diuturna consuetudine celebratum est hoc Festum Conceptionis in Curia Romana, etiam cum venerabili Congregatione Dominorum*

Car-

11 *in 4 distin. 2. q. 4. art. 3. apud Marracan.*

*Cardinalium, cum solemni missa, & sermone, singulis annis, in domo fratrum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo: & hæc durauerunt tempore multorum Pontificum, vsque ad præsens tempus*; quod certò annus 1340. fuit, cum anno 1347. Resolutissimus Doctor Bachoniusè viuis discesserit. idem scribit plusquam à 300. annis *in lib. de princip. Ord. contra Detractor. c. 14.* Ioannes Hildesheim S. Petri Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani discipulus: *Reuerendissimi Domini Cardinales*, inquit *à multis temporibus consueuerunt in Romana Curia visitatore Conuentum nostrum in festo Conceptionis gloriosæ Virginis.*

69 Quod verum, & indubitatū est, cum in Capitulo Generali anno 1303. Narbonæ celebrato, in illo Tholosæ, anno 1306. & in illo Ianuæ, anno 1309. ordinatum fuerit,

festum Conceptionis Deiparæ, in toto Ordine solemniter celebrari, præsertim Romæ, taxis communibus totius Religionis, scribit *Lezana, tom.4.ad annum* 1306. istæ autem taxæ soluebantur à Prouincijs per eorum Prouinciales, ut patet ex ordinatione Capituli Generalis Franctordiæ, celebrati anno 1393. quæ sic est; *Pro festo Conceptionis Beatæ Mariæ, pro sex annis in prandio Prælato, qui facit sermonem, & pro illo, qui celebrat Missam, & pro potu famulorum Dominorum Cardinalium, dando quinque florenos in anno, florenos 30.*

70 Attentè ergo animaduertens erga Conceptionem Deiparæ hanc Ordinis Carmelitarum antiquam, continuam, & non interruptam pietatem supracitatus Petrus Oieda Societatis Iesu, magnoperè Eliano Ordini gratulatur, quod in eo, à duobus millibus, quingentis, & supra an-

annis, traditio Immaculatæ Conceptionis Virginis habeatur; cui etiam annectimus alium suæ Societatis peritissimum virum, nempè Patrem Emmanuelem Ortigam, ita scribentem idiomate hispano; *Sylueira to. 1. cap 3. prueba, que tiene la tradicion de la Conception (12) purissima de Maria, por Elias, y su Carmelo, mas de dos mil, y quientos años, des que començo, en sù lucida nube.*

71 Ex quibus dictis, apertè colligitur, Eliæ Posteros, primo Palestinis, & Hispanis, deindè Egyptijs, Anglis, Italis, Siculis, Venetis, Germanis, Gallis, Polonis, & Romanis, in tot decursis sæculorum temporibus, in promouenda, & exaltanda Conceptione V. Deiparæ, normam extitisse, & exemplar. firmat hanc veritá-



12 *Triursos. supra.*

ritatem Pater Petrus Ojeda Societatis Iesu, erudito calamo ita scribens. *Quamuis hæc sacra Carmelitarum* (13) *familia in omnibus, quę ad Catholicam fidem, & Christianam pietatem pertinent, iam inde à sui principio strenuissime laboret, tamen in fouendum, propagandumque cultum, ac pietatem in Beatissimam Virginem Deiparam, atque in ipsius præcipuam dignitatem tuendam pręcipuũ studiũ, ac diligentiam adhibuit, omnesque in eam rem industriæ suæ, ac zeli Elia parente dignè neruos intendit; Taceo, quod ante aduentum Domini Congregatio Carmelitica, à sanctissimo Parente Elia edocta, Virginem, futuram Dei Matrem colebat, sacellumque à se extructum, cultui, ac venerationi* Vir-

13 *lib. de virtut. Theolog. epist. dedic. ad P. M. Raym. Lumbier.*

Virginis Deum paritura dicatum habebat, ac frequentabat; Post autem aduentum Christi, hæc sacra Religio, quid non fecit? Quid non laborauit, vt honorem eiusdem Deiparæ ab Hæreticorum telis tueretur? eiusque venerationem inter Catholicos amplificaret?... In asserenda item immunitate eiusdem Beatissimæ Virginis à peccato originali in sua Conceptione, hoc est, in primo instanti physico sui esse, sacra Carmelitarum Religio, etiã se obstentat bellatricem, egregiam; Testem produco fidem dignum Reuerendissimum Patrem Iosephum Fernandez, qui in appiobatione illa Concionum Reuerendissimi Patris Magistri Sorribas, hęc habet ad rem nostrã appositissima; Mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ, quis primum tributum venerationis impendit? nisi Magnus Elias in nubecula illa è mari ascendente, quę ip-

*ſam in Typo exprimebat? Quis eam ſine peccato originali conceptam ſolemni ritu, ac publico coluit primus? Niſi Magni iſti puriſſimæ Mariæ filij? Ante trecentos annos ſcripſit Doctor celeberrimus Bachonius, qui aſſerit, rem fuiſſe in memorabilem in Romano Carmelitarum Conuentu celebrari feſtum Immaculatę Conceptionis Beatiſſimæ Virginis, aſſiſtentibus Illuſtriſſimis Cardinalibus; Quid dicam de huius ſingulariſſimi priuilegij defenſione? ſupra triginta inueniuntur Doctores Carmelitani, & eorum aliqui in ſanctorum relati Cathalogum, qui in ſuis ſcriptis in publicam lucem emiſſis, victricibus laureis hanc cauſam coronarunt*, hæc ille.

72 Quiſquis autem ſupracitatos Doctores Carmelitas, à Patre Ojeda pro Immaculatæ Virginis Conceptione adductos, ſcire aut recenſere deſiderat, ipſum eruditiſſi-

ſimum Patrem conſulat; Nos autem illos tantum hic numerabimus, qui fuſiori calamo, tã in cõpilatis eorũ voluminibus, quam in panegiris cõcionibus in lucem editis, Deiparam ſine originali peccato conceptam, defendunt acerrimè, & ſunt.

Ex Paleſtinis.

B. *Ioannes, ex Priore Montis Carmeli Patriarcha* 44. *Hieroſolymitanus.*

Ex Hiſpanis.

*Bernardus Olenſis, Ordinis Generalis.*
*Franciſcus Martini Catalanus.*
*Ioannes Baptiſta Lezzana Matritenſis.*
*Ioannes de Sylueira Luſitanus.*
*Chriſtophorus Auendagnus, & Gregorius Candel.*

Ex

## Ex Egyptijs.

*S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus.*

## Ex Anglis.

*Resolutissimus Doctor Ioannes Bachonius.*

*Osbertus PiKemghamus.*

*Hugo de Sancto Neoto, &*

*Gulielmus de sancta Fide.*

## Ex Italis.

*S. Maria Magdalena de Pazzis, in pluribus extasis.*

Baptista *Mantuanus, Generalis Ordinis.*

*Michael de* Bononia*, vulgò Incognitus.*

*Ioseph Zagaglia, Mantuanus.*

*Ioseph Maria Fornari, Lector Papiensis.*

*Phi.*

*Philocalus Caputus.*

*Saluator Scaglionus Episcopus Stabiarum.*

*Ioannes de Bassano*

*Emmanuel à Iesu Maria Excalceatus, &*

*Paulus Vincenti.*

## Ex Siculis.

*Matthæus Orlandus Episcopus Cephaludanus, in sua Theologia.*

## Ex Venetis.

*Laurentius Lauretus Episcopus Adriensis, in suis lectionibus manuscriptis.*

## Ex Germanis.

*Philippus Albertus de Nussia, & Godefridus Candelarius.*

## Ex Belgicis.

*Philippus Kersberius.*
*Ioannes Palæonidorus.*
*Franciscus Bonespai, &*
*Daniel à Virgine Maria.*

## Ex Gallis.

*Sanctus Petrus Thomas Patriarcha Constantinopolitanus.*
*Augelus Spenel, in face sacra* Dei-*paræ.*
*Et alij, quamplures Doctores,*
*Et Ecclesiastes Ordinis Carmelitarum.*

73 Ex hac tandem actentè perpendat Lector, qualis fuerit ardentissimus Carmelitarum amor erga Conceptionem Deiparæ in animo conceptus, cum non satis ipsi, quod plurimos, scriptis, & suggestionibus, di-

diuersarum regionum Christi fideles, ad colendam Conceptionem Virginis inflammauerint, alios etiam exteros, ad sermocinandum, siue scribendum de ea, tanquam de re propria, verbis, & præcibus incitauerint, testatur Abbas Ioannes Trithemius (14) *Patres quidem de Ordine Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, rogabant me, ne defensorium Purissimæ Conceptionis Marianæ omitterem; Itaque præcibus eorum, septimum huius operis caput, prænotaui de Conceptione Deiparentis*; Et hæc de Immaculata Conceptione Virginis dicta sufficiat; cum ad alia nostræ historiæ, Nos redire oporteat.



14 *in Vita S. Annæ.*

## CAPVT XVI.

*Anna è domo Portæ Aureæ Nazareth reuertitur, & dum Mariam in vtero baiulat, ineffabili repletur lętitia.*

74 DEo in gratiarum actione, iam offertis per manum Sacerdotis à Ioachino, & Anna holocaustis paucisque, etiam in domo portæ Aureæ post hac decursis diebus, Nazareth tandem Anna grauida, cum Ioachino deuenit, ubi ventre interea intumescente, se palam omnibus ostendit prægnantem; Hac igitur redimita diù desiderata fæcunditate, ineffabili etiam gaudio, fuit Anna ipsa circumfusa, eo, quod si dum adhuc maternis Ioannes esset inclusus visceribus, tanto gaudio ad Mariæ præsentiam exultauit, ut mi-

minimè se continere potuerit, quin in ipso ventris carcere subsiliret? Quanto ergo Anna fuit repleta gaudio pleniori, testatur Trithemius Abbas, quæ Mariam concipere; & in vtero meruit portare? *Non est dubitandum*, Trithemis inquit, *Beatam Annam* (1) *ineffabili gaudio tunc repletam fuisse, quando Matrem Dei futuram sancto Spiritu, à sua Conceptione dignam, & mundam, ab omni macula præseruatam in suo beatissimo vtero, nouem mensibus portauit*. O quis nunc nobis enarrare posset, tale Annæ gaudium, quod ex Spiritus Sancti præsentia, tunc illa in suo pectore sensibiliter percepit? Certè nulla vox exprimere poterit, nulla lingua recensere, nullaque mens humana capere, quanta lætitia, quanta exultatione impleta fuerint eius viscera,

1 *de laud. s. Annæ c. 5.*

ſcera, quando Spiritus Sancti gratiam ſentire meruit, in nondum natæ filiæ præcordijs. Etenim, ſi ex militis pręſentia repleta Spiritu Sancto fuiſſe Eliſabeth dicitur, id capioſius fuiſſe in Anna factum, multiplici argomẽto adorior; Primo, quia Eliſabeth Præconem Summi Regis, Anna verò Matrem eius baiulauit; ſecundo, illa Militem, iſta Reginam concepit; Tertio, Ioannes in utero conceptus, fuit deindè ſanctificatus, & Maria ab omni peccato, in primo inſtanti ſuę Conceptionis præſeruata fuit, in quo electa in Sponſam à Spiritu Sancto, uti ſponſus inhabitans in illam, numquam deſeruit, ſed ſemper eam cuſtodiens, & dirigens, ſpeciali dono præ cunctis mulieribus illuminauit; cuius illuminationis ſanctiſſimæ, etiam Annam fuiſſe participem, piè credi poteſt, ſaltem dum Deiparam adhuc clauſam porta-

tauit in vtero, quam, & in toto ætatis suæ curriculo.

75 Quinimmò, Annam in illo nouem mensium spatio, quo Mariam in vtero portauit, etiam beatitudinem quamdam in se baiulasse, & hanc, orta Deipara, toti mundo, deindè exhibuisse? Auctor huius asserti, est Damascenus, ita alloquens Annæ: *Vere Beata* (2) *es, ac ter Beata Anna, quæ beatitudine donatam, à* Deo *infantem, hoc est Mariam nomine quoque ipso, magnopere venerandam, peperisti*; Quis igitur negare umquam poterit, Annæ ventrem minimè fuisse quasi Olympo supparem, *si beatitudine donatam à Deo Infantem, in se comitem habuit, & hospitem*; O venter ergo admirabilis, & immaculato fætu magnificus? O venter semper laudabilis, ex quo pro-

2 *or at.2.de Natiu.V.*

processit cunctis desiderata gentibus? O venter amabilis, distillans spem Mundi, & dulcidinem; Beatus venter tuu Anna, in quo concepta est sine macula, Æterni Patris filia Æterni filij Mater, digna Sponsa Spiritus Sancti, Angelorum Regina, & totius mundi Aduocata; Beatus venter, ter, quaterque Beatus, quia Cęlo suppar, cum ex ipso stella maris processerit ad ortum: Quia Sanctuario æqualis, cum in ipso manserit illa cælestis Arca: Quia similis sanctæ radici, ex qua effloruit Virga Iesse Tandem Beatus venter, in quo tamquam Conchilium, irrorante Cælo, illa nitens procreata fuit Margarita, quæ teste Arnoldo Bostio, nullam cognouit nigredinem originalis culpę (3)

*Ven-*

3 *de Patronat. Virg. c.* 18.

*Ventre parentis clausa, creantis*
*Pneumate plena,*
*Immaculata nitens, nescit conta-*
*gia mundi.*

## CAPVT XVII.

*Grauiditatis decurso tempore, Anna Nazareth, in lucem Mariam parturit.*

76 QValis sub matutino crepusculo, fugatis ab æthere nubibus, ipso quoque sereno, rutilans apparet Aurora mortalibus, varijs distincta coloribus, mille sinu gerens rosas, ac iucundo rore profusa, quo terram humectat, & recreat: Talis, immo splendidior, decursis tot sæculorum tenebris, Anno ab exordio Mundi 5184. ante Christi Natiuitatem, decimo quinto, æta-

tis verò Annæ, ſecundum S. Epiphanium, & Ludouicum de Tena (1) Epiſcopum Dortunenſem, ſexageſimo, nondum expleto, die octauo Septembris, ex Annæ noſtræ vtero, Cælo ſereniſſimo ſuppari, nitens Spiritus Sancti ſplendoribus, Maria glorioſe egreditur, quæ vt nihil ab Aurora differat, illuceſcente Aurora, teſte Lezana (2) Mundo naſcitur; ſanè quia, inter Mariam, & Auroram, magna reperitur connexio; Aurora namque eſt clareſcentis diei principium: Et Maria ſolemnis illius illius diei, quam fecit Dominus, *exultemus, & lætemur in ea*, eſt glorioſum exordium; Aurora eſt aeris primus ſplendor? & Maria extitit primus ſplendor totius Mundi. Aurora tandem eſt ſolis nuntia: & Maria

1 *Iſag. ad ſac. ſcript. lib. 3. difficult. 8.*
2 *tom. 1. Annali.*

ria fuit solis iustitiæ præuia; Hinc Vgo de sancto Victore. (3) *Beata Maria vere Aurora fuit, quin, & præ. præcedentis temporis, quod quasi nox fuerat, finis extitit, & vera lucis gratiæ, solisque iustitiæ præuentrix fuit.*

77 Sed dicet fortasse aliquis, ubi Aurora hæc mortalibus orta fuit? In Nazareth cum citandis Doctoribus, natam fuisse dicimus, Ita Hieronymus *in lib. de Ortu* B. *Virg.* Abulensis, *in Matth.* 2. *q* 91. Fulbertus Carnotensis, *serm.* 1. & 2. *de Nativ. Mariæ.* Georgius Coluenerius, *tom.* 1. *annal.* præsertim Cardinalis Iacobus de Vitriaco, cap. 59. de Nazareth loquens ait: *In hac autem Ciuitate, à quibusdam* Beata *Virgo nata fuisse perhibetur*, & noster Baptista Mantuanus, de domo Lauretana, ita scri-



3 *lib. de instit. Monast. ser.* 34.

bit, *Constat enim Sacellum illud Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ, fuisse cubiculum, quo ipsa nata & ingremio, ac sinu Annæ Matronæ sanctissimæ dulciter educata*, Et alij, quam plures Scriptores, præter Patrem nostrum Lezanam, (4) existimantem Deiparam Hierosolymis ortam fuisse: hoc ductũ fundamento, quia Ioannes Nouatus, Guillelmus Rosentel, & Adrichomius scribunt, quod illic Ioachim, & Anna eorum domum habebant, quod verum est, tantum tempore festiuitatum, ibi ad hospitandum, nè vicinis, aut amicis ex eorum mora, molestiam aliquam offerrent, non autem, quod talis domus Hierosolymitana fuerit eorum propria permanentia, Adrichomij ab ipso Lezana relati, verba subijcio: *Domus S. Annæ, Auiæ Christi, in*

*qua*

4 *to. 1. ann. Carm.*

*qua (5) cum Ioachim Coniuge sua, cum festa Hierosolymis ageret hospitabantur, ubi, & vterque obijt*, ergo non continuò Ioachim, & Anna Hierosolymis hospitabantur, sed tantùm cum festa agerent, ergò continuò eorum permanentia in Nazareth erat, ubi bona plurima, & pascua, & armenta possidebant.

78 Magis roboratur hæc veritas, eo quod fundamentum Damasceni à Lezana relatum, non est tutum, videlicet, quod domus Ioachimi, & Annæ Hierosolymis, fuerit propinque Probaticæ Piscinæ *, siquidem tam Carmelitarum, quam exteri Scriptores testantur, domum solitæ permanentiæ Ioachimi, & Annæ dum Hierosolymis morabātur, iuxta Portam Auream extitisse: ergo nō propè Probaticam Piscinam, penès, quam,

5 *lib. tit Hierusal. num. 37.*

quam, si aliam etiam domum habuissent, nihil in congruum esset, cũ viri diuites fuerint, non esset domns autem eorum soliti hospitij, sicuti & illa Portæ Aureæ.

79 Firmat hanc rationem supracitatus Adrichomius scribendo, quod Deipara in domo Portæ Aureæ, *fuit concepta, mansit tempore passionis* (6) *Christi, & obijt*. Ego domus hæc Portæ Aureæ, fuit propriũ Virginis Domicilium, & non illa Probaticæ Piscinæ; Ergo Nazareth, & non Hierosolymis Deipara nata fuit; siquidem cum Adrichomius dicat, quod Beatissima Virgo, ibi *fuit concepta, mansit, & obÿt*; si ibi nata fuisset, etiam de eius Natiuitate mentionem fecisset, sed nullam fecit? ergo ibi minimè fuit orta; Vocatur autem domus Ioachimi à Damasce-

6 *ibidem.*

ſceno probatica, ducta fortaſſis ethimologia à probitate, cùm ipſe maximè probus fuerit, & pauperum Amicus.

80 Igitur cum Nazareth Virginis Natiuitatem habeamus, quærendum nobis eſt, in quo loco, aut pertinentijs eiuſdem Ciuitatis, ipſa nata fuerit, Et ne à vera hiſtoria diſcedamus, animaduertendum eſt, quod ſæpè ſæpius diximus, inter Carmelum, & Nazareth fuiſſe vallem quãdam Carmelon nuncupatam, quæ cũ vix milliarijs duobus diſtaret à Nazareth, ratione vicinitatis, aut denominationis, quæ ſemper à nobiliori parte fieri debet, Nazareth à pluribus hæc Vallis nuncupatur; à quibuſdam verò Carmelon, (7) cum teſte Vuolffango Vuiſemburgio, ad Carmelum noſtrum ſpectet; In hac

quo-

7 *lib. deſcription. Terræ ſanctę.*

quoque s. Hieronymus refert, quod Ioachim pecora, & pascua plurima habebat, immo, & secundum Damascenum ouilis domus, ab eo erat constructa, in qua ad visitandum Ioachim, & de rebus cælestibus colloquendum, sępè ob nimiam vicinitatem Anna prægnans se conferebat; Ast cum pariendi impleti essent dies, ibique octauo Septembris Deiparam peperit, & hæc Christum in Præsepio, cum partus semper Matrem sequatur, Tradunt hanc historiam, S. Ioannes Damascenus, qui anno 736. (8) in viuis erat, his verbis. *Parit Anna Mariam, editur partu in domo ouili Ioachim, & adducitur in Templum*; Franciscus Sotus, Hieronymus Lopez Iesuitæ, & Emmanuel Ortigas, (9) eiusdem Socie-

ta-

8 *lib.4.de fide Orthod.c.15.*

9 *Triunfos del Carm.*§.10.*pag.*84.

tatis Iesu, idiomate tamen hispano; *Deue aludir, sin duda, ala opinion de Simeon Metafraste, citado dal Padre Francisco Soto Iesuita, que escriue: Naciò esta Reyna, en el Monte Carmelo, en la casa de Campo, que alli tenian sus Padres Ioaquin, y Anna, como tan vezino à Nazareth, y enqui en tenian sus deesas para los ganados, como dize* Damasceno: *Parit ergo gratia, idest Anna, Dominam, idest Mariam, editur partu in domo ouili Ioachimi, y el Venerable Padre Geronimo Lopez, famoso Missionero Iesuita, era de esta opinion, y la predicaua repetidamente en los sermones de S. Ioaquin: Nace dezia, esta Niña entre los balidos de las Ouejas, y Corderos, entre los Cātores de los Pastores de Ioaquin, citando à San Geronimo;* (10) Ita etiā scribit Philocalus Caputus italico

R ser-

10 *Mons Carmel. p. 2. c. 3.*

sermone : *Nacque la Beatissima Vergine, nella Città di Nazareth, due miglia distante dal Monte Carmelo, che per essere questa Città situata in una vmenissima valle, che secondo Adricomio, originando dal Monte Carmelo, è chiamata Carmelon . . . . hauendoui Giacchino i suoi pascoli per la sua greggia, souente viandaua Anna, per fauellare de celesti sagramenti. Quindi probabilmente si tiene, che Maria Vergine fosse nata nella Capāna di Giacchino, ch'era in detto Monte, mosso dall'autorità di S. Gio: Damasceno, che fù etiamdio da Metafraste osseruata, oue disse*. Parit ergo Gratia, ideſt Anna Dominam, hoc enim indicat Mariæ nomen, editur partu in domo ouili Ioachim ; *Il che supposto per cosa probabilissima, chi non dirà, ch'essendo nata la Vergine Madre nel Monte Carmelo, che Car-*

*me-*

*melitana giustamente chiamarse possa*, hæc ille.

81 Nata est igitur Maria, in illa fælicissima regione, in qua, tam sancti Patriarchæ, & Prophetæ fundamẽta iecerũt totius sanctitatis, in qua mirabilia per ipsos, ibi operatus est Deus; in illa in quam, in qua eius Immaculata Conceptio diuinitus à Deo fuit Æliæ reuelata; eius Parentes in extasim ab Elianis præuisi: ac tandem Natiuitas eius ab Angelo Ioachino, & Annæ euangelizata; Orta est *in Carmelon*, Virgo illa gloriosissima ? tot sæculis expectata, tot adumbrata typis, & tot Prophetarũ oraculis proclamata; Illuxit octauo Septembris, quæ lucem attulit toti mundo; O verè dicam, auspicatò ortus in quo orta est communis lętitia, ac totus simul renatus exultat Orbis; Nemo ab huius diei gaudio, & alacritate secernitur, sed sicut omnibus

nascitur, ita omnes admittit in exuberantis lætitiæ consortium, omnes lætantur, omnes exultant, quinimò pro exuberanti gaudio, vnusquisque videtur extra se rapi, Ioachim Pastores, Elianique, & ideò ad magis lætandum in hac Deiparæ Natiuitate, sequenti carmine Baptista Mantuanus (11) ita loquitur Carmelitis.

*Fac igitur, fac ista palam, solemnia Mundo,*
*Carmelita, tuum est vulgando incumbere festo;*
*Namque tuum Genus illa fouet, Titulumque tenetis*
*Illius, & Patres viuens inuiscere vestros.*
*Eliaque domos priscas, fontemque solebat;*
*Nuncia, & euulga lucem hanc, imitemini Olympum.*

CA-

11 *de sac. diebus lib. 9.*

## CAPVT XVIII.

*Anna cælesti lacte Infantulam nutrit, eique Mariæ nomen imponit, diuinitus per Angelum manifestatum.*

82 ORta igitur stella ex Iacob, Maria videlicet, ex fælicissimo Annæ vtero, statim ad excolendam eius vitam more Infantium, ipsam Mater suis hæsit uberibus, sed quali lacte Anna grandæua, Puellam hanc enutriet, cũ eius ætas adeò increuerit, vt pectus naturæ vigore, ac virore exarserit; Quali lacte dixi è quali ambrosia cælesti, dicere debueram, prout faustè contigit, nam orta Maria, statim pectus Annæ virescens, ac diuinitus lactescens, vbera de Cælo plena Infantulæ ad sugendum exhibuit, *Virgo gloriosissima*,

*ſima*, ſcribit S. Antoninus, (1) *abla-ctata fuit ab Anna, mammillis pro-prijs*; Decebat namque Mariam pa-ſci, tali lacte puriſſimo, immo, nec potuit Anna tumeſcere, (2) *ſecundū ſanctos Gregorium Niſſenum, & Ger-manum Patriarcham Conſtantinopo-litanum*, niſi vbere ſanctiſſimo, lac miraculoſum producente; Propterea Annæ ubera, nuncupantur beata à Damaſceno: *O beata ubera, quæ eius, qui mundum nutrit, lactauerunt nu-tricem*; Et proculdubio Beata, cum etiam Angelos, ſiuè gratulabundos, aſpiciendo Reginam Cęli lac ſugen-tem, pendere ex matris uberibus, quam undique cingentes Deiparam, ipſa vbera habuerint comites: *O ſan-ctiſſima filia* exclamat ſupracitatus Da-

1 *par.8.tract.15. lib. 6.*
2 *Orat. de Præſent.*
3 *Orat. 1. de Natiu. V.*

Damaſcenus,*quæ maternis vberis lacte aleris, & ab Angelis undique cingeris*; ſed quantò magis ex hoc, ter, quaterque Beata Anna extiterit S. Germanum (4) auſculta, ita alloquentem Deiparæ: *Beata ſuper omnem terram Mater tua, & inter mulieres ter Beata: beata domus tua, Beati noti tui. Beati, qui te viderunt, & beati, qui tibi miniſtrauerunt.*

83 Lac igitur ſugente inter tantam beatitudinem ex mãmillis Annæ Infantula, dies tandem acceſſit, quo ſecundum Iudæorum ritum, nomen ei imponeretur: Propterea Ioachim, & Anna, obtemperantes Angeli monitis, *Mariam*, ex Dei præcepto, ſcribit S. Hieronymus nuncuparunt eorum filiam: cui arridere videntur, tum S. Bonauentura, ita ſcribens, *Glorioſum nomen Mariæ*, (5)

*os*

4 *ſerm de Præſent. V.*
5 *in pſalterio.*

*os Domini nominauit*: quam sapientissimus Idiota, etiam Deiparæ, sic loquens: (6)*Dedit tibi tota Trinitas nomen, quod post nomen benedicti filij tui, est super omne nomen, ut in nomine etiam tuo, omne genuflectatur, Cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur huius sanctissimi nominis gratiam, gloriam, & virtutem.*

84 Perfunctis tandem Iudæorum ceremonijs, Infantula de die in diem, proficiebat ætate, & gratia coram Deo, & hominibus, præsertim coram eius Genitrici, quæ eam attentè aspiciens, nunc delicata brachia, ad collum eius extendere; nunc blandienti nutu, ubera eius deposcere: nunc oscula suauissima, sibipsi porrigere, gratulabatur magnopere, & propterea versa vice, nunc ocu-

6 *de contempl. B. V. c. 5.*

oculis ſyderijs, nunc genis purpureis Deiparæ, nunc labijs roſeis, nunc fronti hilari, & nunc collo lacteo, ſæpè dulcia porrigebat oſcula; O quanta dulcedine, tunc Anna audiebat Mariam, ſe Matrem vocare; O quanto pio affectu, ad ſe Anna ſtringebat Paruulam tenerrimam, & ipſa Matrem amplexabatur, fæliciſſima igitur Mater, nulla Matrum te fælicior, nulli vmquam obtigit filia amabilior; Habes, ò ter fortunata, in vna filia, ſuauitatem, habes dulcedinem, habes pulchritudinem, habes iucunditatem, & omne delectamentum, in ſe habentem; O fortunatiſſima Genitrix, quomodo non loquefiebas, tam dulcis, tam ſuauis, & redolentis filiæ delibuta amplexibus, & oſculis, Beatus igitur venter tuus, qui portauit Deiparam, & beata vbera tua, quæ lactauerunt Matrem Christi Domini. Amen.

## CAPVT XIX.

*Maria ab Anna sanctè educatur, trimula deindè in Templo, Deo offertur.*

85 QVia certum tenemus in sacra Theologia,(1) Deiparam in instanti suæ Conceptionis, per propium actum, & dispositionem, more Adultorum, sanctificatam fuisse, ac per consequens tunc habuisse vsum rationis, quo tantum in ijs, quæ ad Christi, & Dei cognitionem pertinebant, vtebatur, ideò etiam cum Trithemio Abbate credere debemus, Puerulam sugentem lac ex Matris vberibus, etiam bonos mo-

1 *Orland. tom. 1. tract. 5. disput. 2. qu. 2.*

mores, ab ipsa edoctos, cum lacte paulatim bibisse [1], Siquidem Anna procurauit omni studio, ut ineunte ætate, Deo in filia, non solum appararetur sacrarium, verum, & eius mores secundum legem Moysis, omni sanctitate, & modestia, scribit Trithemius Abbas, (2) apparerent compositi; *Sanctissima filia condigna Mater, ut à qua traxerat sine crimine materiam carnis, ab ea sugeret instituta pietatis; vtramque Dei gratia præuenerat, utramque repleuerat, sederat in Matre prior, in filia copiosior. Docuit sancta Mater filiam, quod à Parentibus ipsa prius didicerat, quamuis institutione humana opus non habuit, quàm Spiritus Sanctus à conceptu impleuit.*

86 Ex hac autem Deiparę educatione, magnum sanctitatis, & su-



2 *de laud. s. Annæ c. 6.*

pereminentis perfectionis argumentum, in Anna redundat, eo quod Maria secundùm Matris suæ vitam educari debuit, ut esset ipsius speculum, & exemplar, sed Maria omnis sanctitatis sacrarium se ostendit: ergo dicendum erit, Annam, uti eius Matrem, & Doctricem, speculum extitisse omnis sanctitatis, & virtutis; licet namque, prout fatemur consentaneum sit, Mariam virtutum fuisse promotricem, in qua gratia super gratiam semper abundauit, tamen non deerat in Anna, quod imitandum esset, ac caderet in piæ filiæ exemplum. Abbatem Trithemium (3) ad hanc rei firmitatem, ita exclamantem ausculta: *Quid amplius requiris, numquid non sufficit ad declaranda Matris merita, tam excel-* *lens*

3 *ibidem.*

*lcius ab infantia filiæ vita, si Anna non fuisset sanctissima, filiam tam diligenter, & deuotè ad* Dei *honorem numquam instituisset; Quales Matres, tales nouissimus filias institutas*, hæc ille.

87 Talibus igitur moribus per triennium Puella à suis Parentibus educata, sciens interea eius Mater, ipsam antequam nasceretur, Deo per votum fuisse dicatam, cupiens ex omni parte votum ad effectum demandare, *Non cunctata est*, scribit S.Gregorius Nicomediensis, (4) *filiam ad Templum adducere, Deoque reddere, ac promissum præstare*, sed tota viuida de soluendo voto Ioachim enixè admonuit, scribit S.Vincentius Ferrerius; (5) *Postquam Beata Anna ablactauit Virginem, dixit viro*

3 *orat. de Christi Nat.*
4 *serm. de s. Anna.*

*viro suo, Domine non ricordamini de voto?* cui Ioachim respondit, *imo cō-pleamus votum*: ipsum autem adimplere cupientes, statim Nazareth, è propia eorum domo, cum Deipara trimula (*Sanctissima Virgo* (5) *cum trimula esset*, testatur S. Euodius Episcopus Antiochenus, *in Templo est præsentata*) discedunt, & Ierusalem in domum Portæ Aureæ dirigũt iter, ubi fæliciter perducti, tamdiù permanserunt, usque dum, sanctitatis, & puritatis typis, eorum filiolã adornarunt.

88 Cæterum, Puellarum more, argenteis monilibus, ab Anna, & Ioachim Maria redimita, ita teste Baptista Mantuano pergebat in domum Domini, videlicet, Capite oliuo, & lauro ornato, necnon florum corona, candida veste amicta, indi-

can-

5 *apud Niceph. lib. 2 c. 3.*

cante animi candorem, & manu palmam gestans, Capilli autem nigricantes erant, oculi vero columbarũ: super cilia venuste arcuata, rubentes purissimo sanguine genæ: nasus oblongus, à serena fronte deductus, labia corallina, loquela dulcis, mores supra ætatem, & motus in modestiam compositi, necnon tota decora. (6)

*Propterea legum memores, & mores auiti*
*Venturi Solymam trima cum prole Parentes.*
*Deseruere solum; Galilæaque Nazareth arua,*
*Floribus intextis, & adoro gramine cinxit*
*Virginis ora Parens: stellatæ lumina frontis*
*Hærebant Cælo: teneroque in pectore clausum*

*Nu-*

6 *Parthen. Marian. lib. 1.*

*Numen erat: niueo tunicæ talaris amictu*
*Albebant humeri, quam circum textus olyuę*
*Aureus ambibat torques ad colla: per imas*
*In strophium flexis palma ibat frōdibus oras,*
*Matris opus: mollique sinus variauerat auro.* (7)

Magnus autem Puellarum comitatus, faces accensas deferentium, Deiparam sequebatur, testatur Menologium Græcorum, & scribit etiā Emmanuel Ortigas Iesuita: *Presentaron Ioaquin, y Anna à suja santissima, assistitos delo mejor de Ierusalem culuzes ancēdidas, al Templo*. Quibus, secundum S. Gregorium Nicomediensem, (8) etiam adfuerunt

7 *Triunf. del Carm.* § 11. *pag.* 92.
8 *orat. de oblat.* B. *M. V.*

runt Angelicæ cohortes, Deiparam pedetentim comitantes; *Mariam uti eorum Reginam & summi Regis sponsam, ad domum Domini, quasi ad nuptialem thalamũ, Angeli ipsi comitabant, qui verò Virginem peperant, ad Templi fores eam ducebant, Angelis eam circumcirca stipantibus, & collætantibus.*

89 Gradientes igitur tali honorifico comitatu, ad Salomonicum Templum, anno ab origine Mundi 5187. ante Saluatoris ortum, duodecimo, omnes tandem accesserunt, in quo, cum tantum essent quindecim gradus, in primo, uti in infimo, dulce eorum pignus, hostiam sanctam, Deo placentem, Ioachim, & Anna constituerunt; At ipsa Virgo præter naturę legem, trima Infantula, vix progredi valida, tot illos quindecim gradus, miraculosè, sine vllius leuantis, aut ducentis manu, non

retrorſum aſpiciens, nec Parentes requirens, ſic fortiter aſcendit cum omnium ſtupore, ac ſi etiam iam eſſet prouectæ ætatis; Hanc Deiparæ alacrem graduum aſcenſionem, vocat miraculum S. Hieronymus: *Iam* (9) *Dominus in Virginis ſuæ infantia, magnum, quod operabatur, & quanta futura eſſet, huius miraculi indicio præmonſtrabat*; coram igitur Templi ſummo ſacerdote Maria proferta, ſtatim flexis ibi poplitibus, manibuſque compoſitis, corde tamen humili, eleuatis in Cælum oculis, non ſolum Deo totam ſe obtulit, verum, & perpetuam Virginitatem deuotè ei promiſit.

90 Cæterũ, oblationis interea ceremonijs peroratis, Infantula ad ſeruiendum Deo iuxta emiſſum votum, in Templo remanſit, in quo

qui-

9 *ſer. de Nat. B. V.*

quidam locus pro fœminis Deo deuotis, & diuino cultui mancipatis reperiebatur erectus, scribit S. Ambrosius; (10) *Etiam Templo Domini Hierosolymis fuisse legimus Virgines deputatas*. Qui locus teste Mendoza, veluti sanctimonialium Monasteriũ erat, ubi multæ Virginis Deo dicatę, *secundum Elianum Institutum ducebant vitam*, scribit Salianus, (11) inter quos Anna Prophetissa filia Phanuel reperiebatur, à Cyrillo Hierosolymitano, Cathechis. 10. & a Baronio, (12) *Monialis religiosissima nuncupata*; Talium autem Virginũ, exercitium quotidianum, secundum Marulum, & Antonium Sabellicum, hoc erat, videlicet: Valde mane, vsque ad horam tertiam, omnes ora-

T 2 tio-

10 *lib. 1. de Virginib.*
11 *tom. 3. ann. ad ann. 2907. n. 10.*
12 *ad ann. Christi primum.*

tioni se se impendebant; Ab hora autem tertia, usque ad nonam, exercitijs manualibus vacabant; Adueniente interim commestionis hora, ad substentandam tantum vitam, mediocriter comedebant; Reliquum verò spatium diei, in assidua lectione Sacræ Scripturæ consumabant.

91 Istis autem Virginibus vnita fuit, teste Theophilo Raynaudo, (13) Annæ filia. *Sanctissima Puella, trimula inter Religionis viduas, atque innuptas Virgines, sacris exercitationibus addictas*; Quæ, quamuis manserit in talium Virginum consortio, soli tamen Deo superuacauit, refert supracitatus Raynaudus: *Intra Templi septa communi; si externam spectes rationem viuendi, sed non cōmuni modo, annos plures exegit, usque ad desponsationem*, Toto autem tali

sem-

13 *in dipthyc. Mariæ punt. 3.*

tempore, vſque ad deſponſationem Virgo ipſa venuſtiſſima, cibum accepit, ſecundum S. Gregorium Nicomedienſem, Angelorum miniſterio: (14) *Oportebat Agnam immaculatam tali excipi conuiuio, talibus cibis exſatiari, oportebat non in ſanctis tabernaculis ſanctorum, ſed in ipſo Cælo, in prima ætate educari illam, quæ his eſt latior, eoſque puritate, antecelluit*; ita ſentiunt S. Hieronymus, Cedrenus, & alij quamplures Scriptores.

CA-

14 *homil. de oblat. V.*

# CAPVT XX.

*Virgo sanctissima, è Templo à parentibus, viro Virgini traditur in matrimonium.*

62 PRæsentata igitur in Templo Deipara, & ea à Ioachim, & Anna, tamqnam donũ prætiosius, & magnificentius, donũ, quod nec antea viderat mundus, nec inspexerat Olympus: donum, secundum Damascenum, *omnium donorũ praestantissimum*, Deo iuxta eorum votum libentissimè offerta, discedẽtibus tandem à Hierosolyma, in Nazareth ad eorum propia deuenerunt, refert Petrus de Natalibus: (1) *Perfectaque oblatione, filiam cum alijs*

*Vir-*

1 *Cathech. lib. 8. c. 5*

*Virginibus in Templo dimittentes, ad propia reuersi sunt*; In qua sanctissime degentes, quamuis in omnibus festi. uis diebus, & ad visendam filiam, per spatium annorum vndecim, sæpe sępius in Hierosolymam pergerent, tamen continuo orationibus, & pijs operibus de more Nazareth vacabãt, & in tãto deuoto exercitio, sẽper mo. dum meliorem, quo magis Deo pla. cere possint, & famularentur, requi- rebant, Huiusmodi farinæ Hierosó- lymis, per spatium annorum vnde- cim, quo in Templo vixit angelice, extitit etiam eorum filia, Deipara; eo quod assiduè incumbuit orationi- bus, & in his semper quæsiuit Deo hærere intime; vnde quamuis exti- tisset in terris, mente, & desiderio erat semper in Cælo, cælestem vi- tam agens, Propterea meruit nullo alio pabulo toto tali tempore nutri-
ri,

ri, *quam cibo Angelorum*, scribit S. Gregorius Nicomediensis. (2)

93 Elapso tandem tempore annorum vndecim, quo in Templo mansit Deipara, & ipsa constituta in ætate annorũ quatuordecim, à summo Sacerdote edictum exijt, ut omnes Virgines nubiles, quæ à pueritia, usque in adolescentiam religiose in Templo vixerant, & imbutæ reperiebantur sanctis moribus, honesto comitatu in paternis laribus se conferre debeant, adhoc, ut secundum Iudæorum consuetudinem, à Parentibus tradi possent in sanctum matrimonium, Huic mandato summi Sacerdotis obtemperarũt omnes illæ Virgines, præter Annæ filiam, quæ vt ejus Parentes, & ipsa vouerant, Deo assidue seruire, & vitam cælibem ducere, volebat, Ast hoc in-

2 *homil. de oblat. V. in Templo.*

intelligens summus Sacerdos con. tristatus valde, quinimmò à *Scilla*, *& Chariddi*, quomodo se liberare posset, nesciebat; siquidem adhære. re Deo, bonum est, sed Iudæis ex hac occasione, vouendi perpetuam virginitatem, nolebat ansam præstare; Ad consulendum igitur super hac re, Ioachim, & Annam summus Sacerdos, è Nazareth ad se venire fecit, quibus inauditum inter Iudæos eorum filiæ propositum apertè pandit, instans quidquid de hac per eos fuerit decernendum; Ipsi autem responderunt ei, præuijs sacrificijs, & orationibus, Deo rem hanc esse cõmunicandam, & ab eo, deindè expectandum diuinum responsum. Propterea ipsi, simul cum Religiosis omnibus, apprimè Deipara, se se impenderunt assiduis ieiunijs, & orationibus, ut ipsis mediantibus, Deus

 cir-

circa Virginis propositum, voluntatem suam dignaretur ostendere.

94 Dum ergo orationibus omnes incumberent, præsertim Deipara, quæ Deum efflagitabat totis viribus, ut suo faueret proposito: Ecce apparuit Angelus Domini, ita inquiens: *Maria, noli timere, viro Virgini desponsari, eo quod ipse numquā nocebit virginitati tuæ.* Et ex alia parte, vox quædam ex propitiatorio audita est, scribit Dorlandus, (3) iubens Pontifici, *Vt omnes viros cælibes ex stirpe Dauid, & Mariæ sanguine, postridie in Templum conuocaret, cum virga arida, & in cuius manu florebit virga ipsa, eum Virginis sponsum declaret*: refert hunc casum sequenti metrice, ita Baptista Mantuanus.

Tum

2 *Vita S. Annæ.*
3 *Parthen. Marian. lib. 2.*

*Tum diuina prece mens, quem non despicit æquas,*
*Ad summum secreta dedit responsa Choragum*
*Sacrorum, tenues fugit leuis ille per auras*
*Ingressusque senis nocturna cubila somnos*
*Abstulit, & tulit est aggressus voce pauentem*,
*Sumere trahicia virgas de fronde tribules*
*Quemquam suam: & ferri sumptas in Templa iubere*,
*Mane reuertantur, cuius frondere cacumen*
*Videtis, illius Domino coniunge Puellam*,
*Hæc ait: & motis abiens euanuit alis.*

95 Cumque omnes mares nubiles ex stirpe, & familia Dauid, Põtificis mandato obtemperantes, cum

virgis aridis in Templo congregati essent, inter eos, etiam vt Pontifici promptè obediret, Ioseph Beatissimus erat, cuius sola virga; cæteris aridis, germinauit in Templo. Vnde statim pro liquido omnibus adstantibus patuit; Deiparam ex Dei præcepto, Iosepho viro Virgini fore desponsandam: hinc Mantuanus ait,

*Et tanta hæc fieri de se spectacula nunquam*
*Crediderat: iuuenes post tam manifestam repulsam*
*Omnia perpessi demissis frontibus ibant*,

96 Ideo Ioachim, & Anna Dei uolũtati obediẽdo, in illa hora, & anno ab origine Mundi, 5198. ætatis Virginis decimoquarto, inenarrabili omnium gaudio, & communi lætitia, *Mariam eorum dilectissimam filiam*, per manum summi Sacerdo-

tis

tis; *Iosepho viro Virgini* insponsam tradiderunt; Tandem terminantis in Templo omnibus ceremonijs dispositis, ad huius rei solemnitatem, Beatissima Virgo de ipso Templo egrediens, vna cum Sponso suo Ioseph, eiusq; Genitoribus, in domum Portæ Aureæ accessit:



CA-

## CAPVT XXI.

*S. Ioachimi deſcribitur obitus, & Carmeli Ordinis in eum veneratio, ac deuotio.*

97 IN domum igitur Portæ Aureæ per aliquot dies profectis Deipara, eiuſque Sponſo, nec non ſanctis eius Genitoribus, caſus accidit, ut ibi ſenectutis morbo corriperetur Ioachim, & quamuis fuerit cum illo aliquando luctatus, hoc tandem anno, ab origine Mundi 5198. (eo quod Ludouicus de Tena ſcribit ipſum, anno 14. Deiparæ deceſſiſſe) (1) in ultima hora conſtitutus, coram Deipara, filia ſua dilectiſſima, Anna eius vxore amabiliſ-

ſima

1 *In Iſagoge ad Sac Script.*

ſima, ac Diuo Ioſepho, diem clauſit extremum, cum Domino Deo ſuo perpetuò regnaturus., Eum ergo vita functum, ſtatim ipſius intimi, Iudæorum more, tenerè planxerunt, nouiſſime verò in valle Getſemini honeſte ſepelientes, in propriam eorum domum Nazareth reuerſi ſunt, ubi Deo aſſiduè famulantes, ſanctis orationibus, & pijs operibus, etiam incumbebant; præſertim Deipara, continuò ei commendans ſuæ virginitatis propoſitum, credens firmiſſimè eum effecturum, vt ſaluis nuptiarum fœderibus, perpetuum Virginitatis propoſitum, ſibi integrum remanere, prout euenit, ex ſpeciali Dei præordinatione.

98 E viuis ergo deceſſit ille ſanctiſſimus Senex, qui ob mortaliũ ſolatium, ſemper in terris viuere debebat, in lymbum ſanctorum Patrum perrexit, primus Christi Præcur.

cursor, inter *sedentes in tenebris, & umbra mortis*, futurum fortassis de proximo aduentu Messiæ illis, iuxta nominis sui ethimologiam, Ioachim *Præparatio Domini interpretatur*, gaudium præparans, & lætitiam, ita dicendo: *Congratulamini, ò vos amici Dei omnes; siquidem in ianuis est, cunctis desideratus gentibus, ille nempe, quem totis viribus in terris desiderastis, & ei toto corde credidistis, Matrem ipsius, vxor mea Anna, iamdudum in lucem produxit, & illa quantocyus mundo futurum Messiam generabit, Ita expertus sum, quinimmo mihi ex Dei precepto Angelus spopondit*, magnopere lætati de hac fælici annuncio illi sancti Patres, proculdubio in faciem nomen Domini benedixerunt, ac tandem Ioachini sanctitatem laudarunt, eo quod ipsius filia, destinata erat Mater Redemptoris.

99 Ex his dictis, quanta fuerit Ioachimi ſanctitas, facilè colligi poteſt; nam ſi tota Mariæ dignitas, in illis Matthæi verbis continetur, *de qua, natus eſt Chriſtus*: Ita Ioachimi, *de quo, nata eſt Maria*; eo quod tota gloriæ Maieſtas, ex hoc manauit in ipſum, quod genuit eam, quæ peperit Deum, cum certum ſit, quod dempto Matris Dei titulo, nullus ſit ſublimior, ac dignior in terris, quam eſſe (2) *Patrem Matris Dei, conditoris omnium*; S. Thomas plenitudinem gratiarum, ex eo probat, fuiſſe præceteris in Mariam maiorem, *quia ſecundum humanitatem propinquiſſima fuit Chriſto, cum ab ipſa acceperit humanam naturam*; Et hæc etiam ratio, vrget ad fauorem Ioachimi, qui poſt Mariam Chriſto propinquior fuit; Ergo, ſicut Maria, ex eo



2 *par. 3. q. 27, art. 5.*

quod fuit Christo propinquissima, præ omnibus puris Creaturis, cumulatione gratiæ donata fuit; ita Ioachim propinquissimus Christo post Mariam, maioribus gratijs, & donis auctus extitit.

100 His ergo rationibus ductus Carmelus, ac eleemosynaram exhibitarum Elianis memor, Sanctum Ioachinum, non solum elegit sibi Protectorem, verum, & ab antiquo festum eius celebrauit, ut apparetũ, ex vetustis Missalibus, & Breuiarijs Ordinis, quam Trithemius Abbas, ita fateatur: *Carmelitæ, (3) præcipua deuotione sanctum Ioachim Beatissimæ Virginis Mariæ Patrem venerantur, quotannis eius festum summa reuerẽtia, & magno pietatis cultu, celebrant.*

CA-

3 *de laud. s. Annæ.*

# CAPVT XXII.

*S. Anna Bigamiæ nescia, & sola Parens Virginis Deiparæ.*

101 CElebris est, hæc quæstio, & inter Doctores eximios, variè exagitata, videlicet, an Beata Anna solius Ioachini vxor extiterit, & unica Mater Virginis Deiparæ? An verò bigamiam duxerit, & filias alias generauit: & quamuis pro hac secunda parte, stent S. Antoninus, Petrus Sutor, Lanspergius, Hugo de S. Victore, & ex nostris, Guido de Terrena Episcopus Elensis, (1) in concordia Euangeliorum, & Pyssimus Pater Lezana, to: 1. Analium, (2) adducentes pro eorum



1 *cap. 27. Matth. 1.* 2 *pag. 755.*

testimonio, Epistolã S. Ignatij Martyris, ad Ioannem Apostolum, & Euangelistam, ita scribentis: *Est, & Salome, quam diligis, filia Annæ, Hierosolymis, & quinque mensibus, apud eam commorans*. Ex qua deducitur, Annam præter Deiparam, habuisse etiam alteram filiam, scilicet Salome? Tamen hæc epistola, tamquam *notha, & spuria*, à viris doctis, reijcitur, ex eo quia, ut sapientèr aduertit Pater Salmeron, vitiosè legitur, & citatur, cum eius germana verba, ita sint; *Est*, (3) *Salome, quam diligis filia, anno Hierosolymis, & quinque mensibus, apud eam commorans*, & nihil de filia Annæ, sed tantum de anno, & quinque mensibus, quibus Salome, Hierosolymis apud Deiparam commorata est, scribit S. Ignatius.

102 Pri-

3 *to.4.par.2.tract.11.*

102 Prima ergo pars, asserens, Vninubam fuisse Annam sanctissimam, ac solius Deiparæ puerperam, nobis videtur certissima, quia conformis est, tam sanctorum Patrum, quam vetustissimorum Theologorum scriptis; Et ideò de supradicta secunda parte, Ludouicus de Tena (4) Episcopus Dortunensis, ita scribit: *Illa sententia de triplici Annæ matrimonio, non tantum falsa, sed improbabilis apparet*; huiusmodi sententiæ, est etiam Lippomanus: (5) *Mihi* (inquit) *placere non potest, tantam Matronam post sterilitatis diuina gratia solutum impedimentum, & post dignissimæ illius plantulæ, nempè Reginæ Cęlorum, & Dominæ nostræ ortum, mortuo Ioachim, vnum, atque al-*

4 *In Isagoge ad sac. script.*
5 *Hist.* 55. *ante vitam B.V. in epist. ad Lectorem.*

*alterum, vt vulgò dicitur, super induxisse sibi maritos*. Et ita etiam sentit Cardinalis Bellarminus; (6) *vulgò fertur, Mariam Cleopha fuisse germanam Deiparæ, ex Anna Matre procreatam, quibus addunt, & tertiam sororem, Mariam Salome, sed hac opinio penitus explodenda est*; fauet pedetentim nostræ sententiæ, Cardinalis Baronius, ita scribens: (7) *Vniviram fuisse Annam, nec post obduratam sterilitatem ex voto conceptam, repromissione obtentam susceptamque in senectute filiam, alias nouisse partus, tam veteres, quam recentiores Orthodoxi Patres sunt professi*; propterea supracitatus Pater Alphonsus Salmeron, (8) sic conludit assertum no-

6 *lib. 1. c. 8. de septem verb. Domini.*

7 *in appar. Annal.*

8 *to. 4. par. 2. tract. 11.*

nostrum; *Contraria sententia, quamquam peruulgata sit, & multorum testimonijs confirmata, nonnullis tamen Catholicis, de fide suspecta habita est, & parum honorifica, aut conueniens sanctitati Annę, & dignitati Marię, Virginis eius filiæ, denique ipsi Christo, cuius gloria Matris est*; Et ita etiã communiter sentiunt, Molanus, Canisius, Suarez, Toletus, Barradius, Bærleus, Medina, Canus, Henriquez, Liræus, Carolus Stengelius, Ioannes Bonifacius, Georgius Coluenerius, Laurentius Beirlinch, & ex nostris, Ioseph à Iesu Maria, Ioannes Thomas à S. Cyrillo, (9) & Daniel à Virgine Maria, ita asserens; *Numquam admittendam* (10) *quorundam sententiam, qui existimarunt S. Annam*

*nam*

9 *Mater honorific.*
10 *Spec. Carm. to. 2. in festo s. Annæ num. 2146.*

*nam tertio nuptam, & singulas ex singulis viris genuisse filias, vel eorum, qui conati sunt asserere, ex eodem viro Ioachim, tres peperisse filias.*

103 Confirmat hanc nostram sententiam, illa antiqua iter Hæbreos laudabilis consuetudo, videlicet, post primas nuptias, à reliquis abstinere, ut apertè inspicitur, in Iudith, quæ post virum suum, alterum minimè cognouit, sed perpetuam castitatem dilexit; & in Anna filia Phanuel, quæ vidua vsque ad annos octoginta quatuor, perseuerauit in Templo, vitam ducens in præce, & ieiunio; quibus iure optimo, Paula Romana, Marcella, & Cunegunda Imperatrix, adiungi possunt, & aliæ quamplures sanctæ Mulieres, quæ Maritis suis defunctis, spretis omnibus carnis illecebris, vni Deo deuote

te vacantes, sempiternis Cæli delicijs toto corde inhiabant.

104 His ergo rationibus, & exemplis magis erga Annæ deuotionem excitatus Ioannes Thomas à S. Cyrillo Carmelita, ita repetit ad nostrum intentum, (11) *Numquid Annam, quæ omnibus viduis, velut exẽplum, & incomparabilis sanctimoniæ, ac pudicitiæ specimen proponitur, primo suo Consorte funerato, alijs nupsisse, & ad tertias vsque nuptias indecore conuolasse, dicemus? Nam, quæ Mater Matris Dei fieri meruit, viduitatis continentia post habita, erit Anna Prophetissa inferior, quæ octaginta quatuor annorum viduitate celebratur, atque etiam Iudithæ imparem vidualis huius continentiæ laudẽ censebimus, siquidem, hæc primo marito datam fidem, vsque ad mortem*



11 *Mater honorific. cap. 18. n. 5.*

*inuiolatam custodiuit; quis audebit, Matrem Matris Dei viduitatis laude, his inferiorem adstruere? Quis talia credat? Quis adeò viliter de Auia Christi, vel suspicari præsumat.*

105 Tamen Ludouicus de Tena Episcopus Dortunensis, argumentis validissimis sententiam nostram enixe defendit, cum ex antiquis, & probatis Auctoribus, Natiuitatem Deiparæ in miraculum adscribit, ex eo quia Anna, vt scribit *S. Epiphanius*, sexagenaria ipsam peperit, & post eius partum Ioachim plusquam quatuordedcim in annis superuixit; unde post eius obitum Anna, erat quasi decrepita, vtpotè ætatis quasi annorum septuaginta quinque, & propterea, ad secundas, vel tertias nuptias minimè ascendere poterat, & eo magis, si consideretur, quod indecens erat, se statim tradere secun-

do

do viro, antequam viduali luctu Ioachim ipsa planxisset ·, Hac igitur fulcitus urgenti ratione Georgius Coluenerius, (12) ait: *Historiam illam de S. Anna & tribus ipsius Maritis, non esse authenticam, sed verisimiliter, ex apocryphis scripturis desumptam, neque veritati consentaneam:* (13) Estius *autem celebris scriptor, vocat falsam*, & eruditissimus Theophilus Raymundus Societatis Iesu, nuncupat fabellam; (14) *fabulantur*, inquit, *qui Annæ anteriores aliquos liberos agnoscunt, eamque tertio nuptam fingunt, & singulas, ex singulis viris, genuisse filias*, & eo magis, cum doctissimus Iodocus Lorichius testetur, quod Veteriores



12 *in Kalend.* B *V. ad diem* 25. *Maij*
13 *in annot. ad sac. script. cap.* 10. *Marci.*
14 *Dphty. Mar. p.* 1. *punt.* 2.

Historiæ habent, (15) *Beatissimam Virginem fuisse vnicam filiam suorum Parentum, nec habuisse sorores ullas, sicut, nec Christus habuit fratres.*

106 Dicendum est ergo, Annam bigamiæ fuisse nesciam, ac vnius primogenitæ sobolis vnicam puerperam, ut benè asserit S. Ioannes Damascenus, ita Deiparę alloquens: *Te Deus* (16) *vnigenitam, ac primogenitam, hodierna die, ex steril Matre produxit*; cui etiam adhæret S. Fulbertus Cornotensis Episcopus, sic Annam deprecans, (17) *fęlix etiam, quæ non plures, sed vnam promeruit suscipe re natam, quæ vnicum conciperet, & pararet Dei filium*; Huiusmodi veritatis. & tandem Vincentius Regius, affirmans, *Beatam*

15 *Triumf B V.M.c.3.*
16 *Orat.1.de Nat.V.*
17 *ser.de ortu B.V.*

*tam Annam cum Ioachino sterilem permansisse ad ætatem vsque senilem, qua tunc accepit sanctam Virginem Dei Matrem, nec aliam vmquam nouit, vel habuit filiam, neque etiam alteri nupsit, præter Ioachinum*, ipsi etiam sequenti metro arridet, & coronat opus, Angelus Sangrinus, Benedictinæ familiæ.

*Hæc illa est Ioachim gnata; hæc Annæ vnica proles,*
*A Cunis Trino Virgo dicata Deo.*

107 Nec obstat supradictæ nostræ veritati, illud Ioannis *capite* 19 *Stabant iuxta Crucem Iesu Mater eius, & Soror eius Maria Cleophæ?* Quia ex Euthimio, & Theophilato, Soror in sacra Scriptura accipitur *pro propinqua, aut Cognata*, sicut etiam frater intelligitur cum Beda, *pro consobrinis*, ut ex illo Matthæi 12. *loquente Iesu ad turbas, Mater eius, & fratres,*

*tres stabant foris*, cum Christus fratres minimè habuerit, sed tantum propinquos, aut consobrinos, ut patet in Apostolo Iacobo, *qui frater Domini ab omnibus appellabatur*, & re vera Christi germanus minime fuit; à pari de Maria Iacobi, & Maria Cleophę philosophare debemus; Quamuis ab Euangelista Ioanne *Deiparæ vocentur sorores*, minime tamen erant, nisi tantum propinquæ, aut Consobrinæ.

108 Confirmat hoc nostrum dictum Cardinalis Baronius, ita scribendo; (18) *Tam in sacra scriptura, quam in prophanis historijs, fratres nuncupati, leguntur progeniti ex duobus fratribus, qui tamen proprie dicuntur fratres patrueles, sicut sorores* pa-

18 *In apparat. ad Annales Ecclesiast.*

*patrueles, ex duobus itidem fratribus progenitæ*. Quod autem ita sit in casu nostro, testis irrefragabilis est, (19) Pater Cornelius à Lapide *in sacra scriptura, Consobrini, & Cognati, vocantur fratres, & sorores, ex phrasi Hæbreis familiari, Cleophe erat nepos Iosephi, filia Cleophæ fratris Iosephi Sponsi Beatæ V. teste Episcopo Egesippo, qui fuit vicinus Apostolorum æuo, apud Eusebium libro 3. histor. cap 11. Ioseph enim, & Cleophas fuere filij Iacob, qui erat, frater S. Annæ.* (20) Ita etiam sentiunt ex nostris, Daniel à Virgine Maria, *fratrum, & sororum nomine, sæpe in diuinis scripturis Cognatos, & propinquos intelligi, apertissimũ est*, & Ioseph Maria Fornari, philo-

19 *In Matthæ. c 12. ver. 46.*
20 *Spec. Carmel. tom. 2. ad diem 25. Iulij num. 2146.*

losophiæ naturalis, lector publicus Papiensis,(20) italico tamen sermone, *Le sante Maria di Giacomo, e Maria di Salomone, sono Cugine, ò Nipoti della Vergine santissima Madre di Dio, benche altri Autori le dimandino sorelle sue, come anco la scrittura suole addimandare fratelli del Signore Giesù Cristo, S. Giacomo, ed altri Apostoli*; hæc ille.

CA-

21 *tom. 2. Anni memorab. Carm. ad diem 22. Maij.*

# CAPVT XXIII.

*S. Anna, dum desiderat videre natum Iesum, eius filia, ab Angelo Gabriele annunciatur,*

169 E' Viuis igitur Ioachim sanctissimè discessus, utpotè, qui testes S. Hieronymo, *Vitam* (1) *in terris, apud Deum rectam, duxit, & simplicem; apud homines verò, irreprehensibilem,* Quamquam perrexisset in lymbum, liberatus tamen post Resurrectionem à nepote suo, Iesu Christo, Redemptore nostro, cum cæteris sanctis Patriarchis, in die eiusdem Ascensionis, in Cęlum triumphanter duductus fuit, & in



1 *epist. de Natiu. B.V.M.*

in eo adeò superexaltatus, ut alij sancti, tamquam stellæ resplendeant, in eo Ioachim vero refulgeat vt Sol, testantur Christopharus Auendagnus, (2) & Guilhelmus Bibaucius Carthusianus, sequenti metro.

*Quando te summum specimen decusque*
*Et Iesu matris Ioachim Parentem*,
*Omnium famam superas vetustas*,
*Tertius nemo tibi, nec secundus.*
*Dum magis Phœbi facie coruscas*
*Aulicos inter superi Tonantis*,
*Qui quasi stellæ tibi sunt minores.*

110 In lymbo ergo Ioachino morante, eius S. Vxor interea, vidua de-

2 *Morial. sanctor. serm. de B. Ioach.*

degebat in terris, quæ animaduertens sæpè sæpiùs sponponsionem iamdudum sibi ab Angelo factam, videlicet, quod ex eius filia nasceretur auspicatus Messias, cumque hæc in ætate concipiendi iam constituta, ac in Vxorem Beato Iosepho esset donata, videndi Christum natum, & amplexandi Nepotem suum, magno Anna desiderio estuabat, scribit Landspergius; (3) *Si enim*, inquit, *Simeoni Seni à Spiritu Sancto responsum habuit, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini: Quid putabimus de Beatissima Anna? Erat namque cælitus instructa, quod Matrem esset paritura Domini; Putatisnè igitur fratres, quod non simul quoque ei fuerit promissum, ut non videret mortem. nisi ante videret Christum Dominum.*



3 *serm.2 de s.Anna.*

*nisi videret Messiam futurum, nisi videret Mundi Saluatorem, Nepotem suum dilectissimum, suęque filiæ filium sanctissimum. Hinc cogitate quantis cruciebatur quotidie desiderijs, ut tempus illud adueniret, quo oculorum suorum desiderabile lumen exuberantissimosque cordis sui delicias videret; Quoties credendum est, Beatissimam Annam in suis exclamasse orationibus O si videre merear ex filia mea filium Mundi Saluatorem, & decus gentis nostræ? O me felicem, si de vtero filiæ meæ nata fuerit salus omnium? O si me hac gratia dignetur Deus, ut sui filij, ego efficiar Auia? vtinam aliquando mihi erit, vt videam in carne mea, quem adoro Deum, vtinam, hanc viuam diem, quo in huius nepotis mei ruam oscula.*

111 In istis, & consimilibus desideriis, plures dies Anna, & menses

con-

consumpsit, donec ab eo, qui consolatur humiles, anno ab exordio Mundi 5199. ætatis Deiparæ decimoquinto, die vigesima quinta Martij, missus fuit Angelus Gabriel in Ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem, nuper viro Virgini desponsatam, ut lætissimum ei Incarnationis arcanum nunciaret, atque diuina Mysteria redemptionis humani generis, adaperiret; Et ingressus Angelus ad eam dixit: *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in Mulieribus*: Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio, & ait Angelus ei: *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum*; Sed obseruans Maria, & obseruare cupiens votum perpetuæ suæ Virginitatis, dixit

xit ad Angelum: *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?* Et respondens Angelus, dixit ei: *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque, quod nascetur ex te sanctum, erit absque detrimento Virginitatis tuę, & vocabitur filius Dei;* Tunc humillima sui resignatione, se totam Deo Virgo sacratissima submisit, dicendo: *Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum Verbum tuum?* Et statim Spiritu Sancto cooperante, *Verbum caro factum est*, & in eius castissimo, & intemerato Vtero.

112 Quamuis autem hoc completum Incarnationis Mysterium, magnam præstet deuotionem omnibus Adæ filijs, peculiarem tamen pietatem ab Elianis, ex triplici causa efflagitat, quarum prima est, quia ipsum, non solum in Carmelo, in vi-

sione

sione *nubeculę paruæ*, fuit olim Eliæ manifestatum verum, & sub specie candidissimi floris, tribus Elianis in *Semnion orantibus*, iterum patefactum; secunda, quia Mysterium ipsum accidit in Nazareth, Carmelo vicina, vt sæpè diximus; Vnde si Catanenses magno sibi honore ducant, quod in eorum Ciuitate nata fuit S.Agatha, & propterea eam, singulari cultu prosequuntur? Cur Ordo Carmeli habens Nazareth vicinam, in qua, non sancta nata est, sed *Verbum caro factum est*, mysterium hoc Incarnationis Verbi Diuini, & pro magno honore ipsius habere, ac peculiari deuotione venerare non debeat, pro ut ipso perfruitur, & veneratur; Tertia tandem, quia Nazarethanæ sacræ edis, in qua *Verbum caro factum est*, in Terra Sancta per annos mille, & vltra, sub cura Carme-

litarum continuò mansit: Et postquam, è Nazareth usque Lauretum translata, eisdem Carmelitis, anno 1485. sub Innocentio VIII. fuit etiã restituta, sub quorum custodia multis annis permansit gubernata, testatur Iustinus Miechouiensis, *Polonus, Ordinis Prædicatorum, in Litania Lauretana*, (3) *&* Ioseph Andres *Iesuita, in suo Carmeli decore, decore XV.*

113 Hinc est, quod ob tanti mysterij in animo conceptam deuotionem, multi Carmelitarum Conuentus in tota Europa, præsertim in Anglia, Sicilia; & in Lombardia, teste Iosepho Mariæ Fornari, (4) *in Belgio verò, Daniele à Virgine Maria, sub titulo sanctissimæ Annun-*

*cia-*

3 *to. 2. discur. 232.*
4 *Ann memorab ad diē 25. Martij.*

*ciationis* (5)*fuerunt erecti à Carmelitis*, Ceù, & in hac Prouincia Calabriæ primus omnium, est Conuẽtus Ciuitatis Coriolani, Rossani Diœcesis, à plusquam quatuor seculis fundatus, ut patet ex vetusta eius Ecclesia, Græcis Iconis depicta: ac ille Consentiæ, Prouinciæ Metropolis, simul sub titulo Sanctissimæ Annunciatæ. Festum porrò Annunciationis Beatæ Virginis, adeo singulari effectu, ac nimia deuotione celebratur à Carmelitis, ut ipsis ab antiquo statuta sint decreta, tam pro eius vigilia, strictioris ieiunij obseruantia, quam propria receptione disciplinæ, Ac etiam in varijs locis, Vesperi sub Completorio, ad Sacellum Deiparæ ab Ange-



5 *Spec. Car. tomo 2. ad diem 25. Martij.*

lo annunciatæ, deuota, ac solemnis processio fit à supradictis Patribus; Consule Speculum Carmelitarum to.2. ad diem 25. Martij.

## CAPVT XXIV.

*B. Anna, videndi Iesum natum, desiderium adimpletur, cum ipse ex eius filia oriatur.*

114 NOuem post diem annunciationis Angelicæ, grauiditatis iam decursis mensibus, in quibus pedetentim à Deo planè intimi cordis Annæ desideriis auscultatis, ipsisque tandem volens piè annuere, ac suo pijssimo aduentu, Orbem vniuersum visitare, sexta mundi ætate, ipso quoque in pace composito, in fine anni à constitutione Mundi, 5199. ab Vrbe Romæ condita

dita 752. Imperij Octauiani Augusti, quatragesimo secundo, ætatis Deiparæ decimoquinto, dum eius sponsus Ioseph, una cum ipsa Maria, desponsata sibi vxore prægnante, vt mandato Cæsaris Augusti obtemperaret, è Nazareth Galileæ, in Iudæam ascenderet, & usq; Bethleem Ciuitatem suam peruenisset, ac esset tunc iuxta Mantuanum nostrum.

*Fortunata dies, vigesima quinta Decembris,* (1)
*Tot titulis splendens, tantis ornata trophæis:*
*Tota sub Augusto gemini, quem limina Iani*
*Ter clausisse ferunt, tellus pacata silebat,*
*Sæuoque depositis Bellona quieuerat armis.*

115 Sanctissima Virgo, absque



1 *lib. 2. fact or.*

ullo virginitatis suæ detrimento; quem ex Spiritu Sancto conceperat, sine dolore, Bethleem media nocte, Iesum Christum, verum Dei filium, & Redemptorem nostrum in lucem tunc edidit, prout sic prosequitur ipse Mantuanus.

*Cum soboles diuina nouem iam mensibus actis* (2)
*Prodijt, & Christus terris apparuit Infans.*
*Mox iubar immensum, sine lumine solis, & ignis*
*In tenebris ortum, toto resplenduit antro:*
*O veneranda dies, cunctis prælata diebus,*
*O præclara dies, alacri dignissima plausu,*
*O Nox, quę superos lucem splendore diurnam,*

*O nox,*

2 *lib 12 factoor,*

*O Nox delitias, nox, quæ fers omnia tecum*
*Gaudia, nox omni maior, meliorq; triumpho,*
*O Nox Angelico cantu, quæ sola fuisti*
*Digna frui nox fausta, die festiuior omni.*

116 Cumque ei minimè tunc esset locus in diuersorio, in stabulo, propè mænias Ciuitatis Bethleem erecto, reclinauit filium suum primogenitum, pannisque eũ inuoluit, Virgo sacratissima; interea talem partum suæ filiæ Anna intelligens, & vidẽdi Nepotem suum magno flagrans desiderio, exultans ut Gigas ad occurrendam viam, statim perrexit Bethleem, ac in præsepium tandem deuenit, ubi tota perfusa lætitia, nepotem suum venerauit, filiamque magnis strinxit amplexibus,

re-

refert Pater Lanspergius. *Quam primum Anna (3) in Bethlem aduolauit, quia non solum materna ad filiam pietas, sed etiam deuotio eam feruentissima ad nepotem vrgebat, festinabat infantem in vlnas accipere, ei colloqui ei adiocari, et vt solent Auiæ, blandiri, ò quibus oculis, eum intuita est, ò quid dulcedinis, quid letitiæ spiritualis, quid luminis, quid amoris inenarrabilis, mox ubi illum contemplata est, sensit, ò quam celeri fiducia, quam ardenti deuotione pignus illud in sua brachia accepit, ò quam amantia eidem oscula impressit; Iam vide, è diuerso quoque Puerulum brachiola sua extendentem, atque Auiæ nitidum collum circumplectentem, eandem osculantem, super pectus eius se reclinantem, & Anna fælicissima*
*An-*

3 *serm. 2. de s. Anna.*

*Auiæ ſuæ arridentem*, *Quid inter hęc exultationis, & lætitiæ Beatiſſimæ Annæ receperunt præcordia. Quis exprimet, quos radios, quos ſtimulos, quę iacula illuminationis, deuotionis, amoriſque in cor Annæ Auiæ ſuæ Ieſus ipſe, eiuſdem Nepotulus adiecit.*

117 Functis autem omnibus gratulationis officijs, ac peroratis maternis amplexibus, cepit deindè Virgo ſacratiſſima, Annæ Matri ſuæ nunciare omnia Incarnationis myſteria, quæ ipſa intellexit tanto gaudio, ut ipſum ſatis exprimere nemo ſufficiat, teſtatur Auctor Pomerij; (4) *Quis cogitare poterit*, ſcribit ſupra citatus Auctor, *quantas S. Anna habuerit conſolationes, quoties Chriſtum Dominum amplexabatur, oſcula-*

4 *ſerm. de s. Anna.*

*labatur, & etiam eius Matrem Virginem, quæ etiam sicut filia Matri solet secreta patefacere, si ipsa Annę diuina mysteria Incarnationis patefecit.*

118 Gratulabatur igitur Anna in his, quæ dicebantur a filia, sed multo magis in actibus Nepotis sui Pueruli Iesu exultabat; videlicet, quando sublatus, è præsepio, & pannis, quibus cingebatur absolutus, inter Mariæ, & Annæ brachia tremulus existebat, nunc Annæ Auiæ suæ arridens, nunc blandiens Virgini Matri, & nunc è Matris sinu, in illum Auiæ suæ lætanter pergens, & dum ita agens vtramque felicitabat, in Annam tamen, teste Dionysio (5) Carthusiano, plurima gratiarum, & virtutum Charismata effundebat: *Vi-*

5 *lib. 1. de laud. B. V art.* 10.

*Videmus*, inquit Chartusianus, *quod filij, ac filiæ, valdè specialiter, ac naturaliter diligunt Auos suos, & Auias, & è conuerso, credendum est, ergo, quod Christus non mediocria gratiarum, ac virtutum Charismata contulerit Parentibus suæ dilectissimæ Matris, à quibus, & ipse tam tenerrime amabatur*. Amabat namque Anna Christum vehementissimo amore naturæ, ut Auia materna, nepotem: ut Creatura, amabat amore amicitię Creatorem: ut redempta, amore gratiæ suum Redemptorem.

119 Percepit ergo tunc Anna non solum ineffabile gaudium ex Christi Natiuitate, verum, & ut ex Auia filij Dei, magnam etiam dignitatem acquisiuit. Dignitas talis præeminentiæ, ut meritò illam excedat, omnium aliarum Mulierum; siquidem Anna sanctissima, non ea ratio-

tione, & modo est Auia Christi, sicut sunt erga suos Nepotes aliæ fæminæ, sed excellentiori, ac strictiori naturæ iure; Cæteræ namque mulieres respiciunt nepotes, non solum ut filios suarum filiarum, sed etiam vt filios Patrum suorum, qui eos genuerunt? Propterea *ius Parentum in filios patitur quandam diuisionem*, dum partim in Matrem, & partim in Patrem scinditur; Beatissima autem Anna respicit Christum Nepotem, vti filium tantum dilectissimæ filiæ suæ; siquidem Christus ut homo, filius est solius Deiparę Virginis, absque Patre terreno; Propterea Anna, ut Auia Christi, non solum excedit dignitatem omnium Mulierum; verum etiam & omnium Angelorum cum longe præstabilius, & excellentius sit esse Principis Auiam, quam Ministrorum; cui aliquan-

quando Angelorum dixit Deus, *Auia mea es tu?* Nullæ ergo Creaturæ concessum est, ut esset Auia Christi, & Mater Matris Dei, sed tantum Annę hoc priuilegium fuit seruatū; Hinc super omnes Creaturas ipsa sublimior, utpotè qui post Christum, & Mariam primum obtinet locum, testatur Nicolaus Vernulæus. *Est* (6) *namque Beatissima Anna opus Dei, naturæ dignitate præstans, conditionis excellentia magnificum, virtutis, & gratiæ perfectione absolutū, ut si* Deum *excipiamus, quo nihil augustius, Virginemque Deiparam, qua nihil sanctius, hæreant humani sensus, nec habeat, quod supra Annam extollat eloquentia. Consurge igitur altius deserta pietas, Annam laudatura, quæ naturæ dignitate, & conditio-*



6 *orat. de s. Anna.*

*tionis maiestate assurrexit supra id omne, quod Deus, aut Maria non est*, *Vincitur equidem à filia Mater, à nepote Auia, vincit tamen omnes, tantæ filiæ Mater, tanti Nepotis auia*, Exclamen igitur, & merito dicam, ò Christi Auia, verè ter, quaterque beata, immo omni beatitudine fælicissima, ac super omnes creaturas exaltata, sed quisquis magis indagare cupit, Quæsit Anna, non est dictu.

*Ex Mariali pende fructu*
*Sui nominis præstantiam*,
*Nepos Deus, Diua nata*
*Hæc sunt Annæ prædicata*
*Infer consequentiam*,

Siquidem quo altius mens humana assurgat, ad exagerandam post Deiparam Annę dignitatem, vix video, vix capio? licuerit illi Oratori encomijs Philippi Regis Macedonię, ita

coronidem imposuisse: *Hoc vnum dixisse sufficiat, filium te habuisse Alexandrum*; Et mihi pro summa laudum tuarum, ò digna Christi auia dixisse sufficiat, *Nepotem te habere filium Dei*, videlicet *Regem Regum*, *Dominum dominantium*, cui nomen est, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps Pacis: & propterea

*Anna decus Mundi, Mater Genitricis Iesu,*
*Pro nata meritis, det tuus Astra Nepos.*
*Primitias nostræ pariens, ò Anna salutis:*
*Nos cum prole tua, cumque Nepote iuua.*

CA-

## CAPVT XXV.

*B. Anna in Nazareth sola motatur; dum eius filia, & nepos, deferuntur in Ægyptum, à sancto Iosepho.*

120 ELapsis interim post Iesu Christi Natalem diebus septem, prima dies anni, quinquies millesimi, & ducentesimi, Octaua videlicet Natiuitatis Saluatoris nostri, statim gloriosè illuxit, in qua ipse Agnus innoceus, adhuc teste S. Epiphanio *degens in præsepio*, in ipso pedetentim fuit circumcisus, præbens nobis arrham sui prætiosissimi sanguinis, fundendi in Cruce pro omnibus hominibus, ipso interea, Deipara, & Anna lachrymantibus

bus? Nomen tunc ei impositum fuit *Iesus*, ab Angelo antequam nasceretur ex Virgine, Dei iussu pronunciatum, & adeo gratissimum Carmelitis, ut ab autiquo eiusdem sanctissimi Nominis, duplex in toto Ordine festum celebraretur;confirmat S. Teresia hanc veritatem, quæ nullo alio cognomine nuncupari voluit, quam à *Iesu*: Adstipulatur S. Maria Magdalena de Pazzis, quæ erga benedictum nomen Iesu, ita ignicula deuotione estuabat. ut intime exclamare cogeretur, *O Iesu amor meus, amo te ex toto corde meo.* Et Beatus Ioannes à Cruce,taliter huius dulcissimi Nominis deuotissimus fuit, ut aliquando cum interiori gaudio subsultans hæreret totis amplexibus in Imagine Pueri Iesu, & cantaret: *Si me amores occidere debeant, amore moriamur*, Cæteros alios Carmelitas, scilicet

Ve-

Venerabilem Franciſcum à Puero Ieſu, & illos duos alios Conuentus noſtri Illardenſis in Cathalonia, breuitatis gratia omittimus, ſpeculum tamen Carmelitarum tom. 2. ad diem 14. Ianuarij Lector conſulat; & ad noſtrum intentum.

121 Peracta circumciſione, Magorum ſexta die acceſſit adoratio, quæ ab illis Regibus Puerulo Ieſu exhibita, ac elapſo etiam legitimo puerperarum tempore: ſtatim poſt quatraginta dies, ut Deipara adimpleret legem Moyſis, in Templum deuenit cum ſuo primogenito, & coniuge, & in ipſo non ſolum more primogenitorum obtulit eius filium, verum, & prætio quinque ſiclorum, taxato à lege, eum, qui *erat omnes redempturus*, hilarè redemit; Terminantis autem omnibus Purificationis myſterijs, iterum cum Puerulo,

lo, & Sponſo ſuo in Nazareth Galileæ, à qua diſceſſerat, reuertitur, ubi cum Anna Matre ſua tamdiù manſit, donec conſumatis certis diebus, videns Herodes ſe tam à magis eſſe illuſum, quam ob murmures de prophetijs Simeonis, & Annæ Viduæ, qui per Vrbem Hieroſolymam circumferrebantur valde agitatum, miſit in Betheleem Iudæ (in qua à ſcribis intellexerat Chriſtum eſſe natũ) milites ſuos, illis præcipiens, vt tam in ipſa Vrbe, quam in omnibus finibus eius, occiderent *ab imatu, & infra*, omnes Infantes; ſed nè Puerulus Ieſus cum illis inueniretur? Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens: *Surge, tolle Puerum, & Matrem eius, fuge in Ægyptum, & eſto ibi, uſque dum dicam tibi, eo quod Herodes quærit puerum ad perdendũ eũ*; Qui ſtatim nocte conſurgens, ac-

cepit Puerum, & Matrem eius, ac Nazareth relinquens, in Ægyptum succeſſit, ibique manſit vſque ad obitum Herodis.

122 Qualiter autem ob iſtam Deiparæ, & Ioſephi cum Chriſto è propia domo, & Patria repentinam fugam, dolenter in Nazareth Anna remanſerit, pia mens recogitet, cum dictu ſit impoſſibile; lachrymis filiā, deindè Nepotem ſuum amplexibus, & oſculis ſtrinxit, rigauitque affluēter; volebat namque pergere cum illis & mori, ſi hanc conſolationem ei ætas grandæua non denegaſſet: ideoque magno dolore, & mærore hanc ſeparationem ſuſtinuit patienter ſperans tamen in Deo firmiter, fortiterque tenens, eos denuò viſura, priuſquam diem ſuum clauderet extremum, prout fauſte contigit, & teſtatur in quadam viſione S. Methildis, Virgo ipſa ſacratiſſima, in

qua

qua habetur, qualiter sancta Methildis viderit, (1) *quod Beata Virgo cum staret à dextris filij sui, & sancta Anna à sinistris Domini, tunc interrogauit Methildis Beatam Virginem dicens: quamdiu vixit Beata Anna in terris, cui illa respondit, vsque ad reductionem filij mei ex Ægypto,* Hanc veritatem sequuntur, & tenent, D. Martinus Anastasi, Abbas Cassinensis, *cap. 4. de Monog. s. Annæ*, Petrus Dorlandus, Bornius, Clisorius, Malachias Rosentel, noster Ioannes Thomas à S. Cyrillo, & alij, quamplures Scriptores.

123 Remansit ergo sola Anna in Nazareth, eo quod filia cum Vnigenito suo, & castissimo Ioseph fugam arripiens, in Ægyptum perrexit, ubi, vt iam diximus, vsque ad

 obi-

1 *lib. reuel. s. Methildis.*

obitum Herodis mansit; Qualem autem locum, cum sanctissima familia sua Deipara lustrauerint, aut Ægypti Vrbes, diuersi, diuersa etiam scripserunt Auctores; Tandem Nos cum Brocardo, in descriptione *Terræ Sanctæ*, Cardinali Baronio, & nostro Thoma Beuxamis, *in harmonia* (2) *Euangeliorum*, inter Babylonem & Heliopolim, dicimus cõmoratam fuisse, cui etiam arridet Pater Lezana, (3) etsi Hermopolim etiam, Thebem, & Memphim, causa itineris fortasse, noster Mantuanus sequenti metri adiungat.

*Territus hoc monitu Senior vicina petiuit*

Re-

2 *tom.1. in Matth. cap. 2.*

3 *tom.1. Annal. Carm. ad annum Christi. 2.*

4 *lib.3. Parth. Mari.*

*Regna Phari, & libycis contermina syrtibus arua,*
*Hermopolimque domum totam perduxit in Vrbem:*
*Mox Theben, quondam portis celeberrima centum*
*Mœnia pensilibus tectis, Templisq; Deorum*
*Claruit, imperium tum Rex Busiris habebat;*
*De hinc Memphitis agros, feriunt ubi sydera celsæ*
*Pyramides opus æterna, memorabile fama.*
*Hinc tandem hospitio Patrum susceptus Amici*
*Artifices versare manus, victumque labore*
*Rimari, & duræ studuit succurrere sorti.*

# CAPVT XXVI.

*S. Anna ob filię distantiam narratur patientia, & propter eius recessum, magna lætitia.*

124 DEipara igitur cum Puerulo Iesu, & dilectissimo Sponso, vti paupercula Aduena in Ægypto morante; Anna eius Mater, quamuis sine ea, *baculum senectutis suæ*, tamquam turtur orbata, Nazareth traheret dies, nihil minus vestigia patientissimi Iob sequens, die, ac nocte, se totam conformabat diuinæ voluntati; & ideo, quanto magis patientia ipsa videbatur munita, eo amplius relucebant ejus virtutes: siquidem ipsæ absque patientia, aut languidæ sunt, scribit Ter-

tul-

tullianus, aut nullæ: Propterea, qualis debeat esse ille, qui patientia reperitur munitus, & quo habitu dignoscatur, ipsemet Tertullianus, ita imaginem eius depingit, eleganti penicillo; *Vultus* (1) *tranquillus, ac placidus, frons pura, nulla rigorositate iræ contracta: remissa in modum læta supercilia, oculis humilitate, non infælicitate deiectis, os taciturnitatis honore signatum, color qualis securis, & innoxis, sedet in throno spiritus eius mitissime, qui non turbine glomeratur, non nubilo liuet, sed est terrenæ serenitatis apertus, & simplex.*

125 Quæ omnia, si benè considerentur, sigillatim competunt Annæ? haud ibit inficias, quisquis eius mores perspexit, aut candidæ vitæ acta;

1 *idem cap.15.*

acta; Propterea, si eius patientiæ singularia recensemus insignia? apertè videbimus, Annam, & viuum patientiæ simulacrum extitisse, ac verum huiusmodi in se exprexisse imaginem; sed nè videamur esse in hac opella prolixiores, his prætermissis, tantum ob absentiam Deiparæ, eius singularem patientiam consideremus, quæ sola ad intentum sufficit, cum sit hæc maioris notæ, quam aliæ, & aliæ, ab ea olim toleratæ; siquidem, in ętate decrepita, quando tunc magis egebat auxilio, tum spôso viduatam, quam à filia, nuru, & amatissimo Nepote, Annam se videbat destitutam; ob hinc, graui martyrio, sine ferro tamen, intus ipsa angebatur: eo quod Patientia, teste sancto Laurentio Iustiniano, Cultores suos, semper martyres reddere consueuit; *sine ferro, & flam-*

*ma,*

*ma*, (2) inquit, *Martyres esse possumus si patientiam veraciter in mente seruamus, longum igitur duxerunt martyrium, qui longam patientiam in mente seruarunt; Martyrium quidem horrore supplicij lenius, sed diuturnitate non leuius*; Ideoque quando nullum aliud suppeteret argumentum de Annæ patientia, hoc solum, de longo tempore absentiæ eius dilectissimæ filiæ, sufficit, cum fuerit martyrium, etsi lenius horrore supplicij, non tamen leuius diuturnitate temporis. Ipso quoque iuxta Iacobi Apostoli dictum: *Patientia opus* (3) *perfectum habet*; perfectissimam in operibus suis Anna coram Deo se ostendit, & benemeritam; siquidem ex Chrysostomo,

Dd *Pa-*

2 *cap.2.de patient.*
3 *cap.1.*

*Patientia omnium bonorum est causa, ac vniuersa lętitiæ.*

126 Propterea, tribus annis elapsis, quibus cum Vnigenito suo, & Ioseph, Deipara Virgo commorata est in Ægyptum, ac Herodes impius pedetentim è viuis discessus, volens Deus pius, & misericors, non solum ab Anna expellere omnem mærorem, verum, & eius patientiam cum lætitia commutare, per Angelum suum, *Ioseph in somnis admonuit*, ut securus in Iudæam rederet, eo quod defuncti erant illi, qui quærebant Animam Pueri, Qui statim consurgens, accepit Puerum, & Matrem eius, & ex Ægypto discedens, itinere peracto, die 7. Ianuarij, anni ab origine Mundi, quinquies millesimi, ducentesimi tertij, ætatis Christi 4. in partes Galileæ secessit, videlicet in Nazareth, tum vt adimple-

re-

retur de Christo, quod dictum est per Prophetas, *Quoniam Nazarenus vocabitur*: quam vt consolaretur, Annam vetulam.

127 Qualia portò ob regressum filiæ fuerint Annæ gaudia, aut quantam, ob suspiratam Nepotis præsentiam, in corde suo senserit lætitiam, impossibile est dictu, hoc vnum tantum possumus autumare, quod felix Anna omni gaudio, in dulcis Nepotis sui osculis, ac cupitis amplexibus, desiderabat mori: *Nunc dimittis Ancillam tuam Domine, quia iterum te viderunt oculi mei, ò benignissime Iesu.* Et intus deindè, ac foris læta, filiam oculis serenis respexit, ac salutauit, necnon innumeras posteà gratias egit Beato Iosepho, quia nepotis fuerat Nutritius, & propriæ filiæ in Ægyptum solatium, & custos fidelissimus. Et expletis tandem

 cæ-

cæteris consolationis officijs, tamdiù in propiam eorum domum morarunt, donec Hierusalem, Anna, Deipara cum Puerulo Iesu, & Ioseph deuenerint.

## CAPVT XXVII.

*S. Annę narratur obitus, corporis tumulatio ac deuotus cultus, à Carmelitis ei exhibitus.*

128 Consumatis igitur in domo eorum Nazareth, omnibus gratulationis officijs, vt de percepta cõsolatione regressus Deiparæ, & Pueri Iesus, innumeras tandem in Templo Deo agerent gratias, tam Anna grandæua, quam Dei-

Deipara cum Vnigenito filio suo, & Beatus Ioseph, profectionem eorum in Vrbe Hierosolymam instituerunt, ibique ducti in propria Domo Portę Aureę, receperunt domicilium, in qua paucis decursis diebus, teste Adrichomio (*Domus S. Annæ Aviæ* (1) *Christi, in qua cum Coniuge suo Ioachimo, cum festa Hierosolymis age-ret, hospitabatur, ubi, & vterque obijt.*) Anna quasi octuagenaria, vi potius intimi gaudij regressus Nepotis sui, & filiæ, quam morbo senectutis correpta, adstantibus Puero Iesu, Maria sanctissima eius Genitrice, ac Sponso suo Beato Iosepho, tranquillo animo, seneraque fronte, dormiens in Domino, diem suum clausit extremum, scribunt Dorlandus Bornius, Clisorius, & in sua con-

cha

1 *Theatr. Terræ Sanctæ.*

cha margaritifera, Malachias Rosenthel: & est conformis recensitæ reuelationi, factæ sanctæ Methildi à Deipara, videlicet, *quod post quam tota Iesu Christi familia ex Ægipto, in Nazareth Galileę deuenit, tunc B. Anna obÿt.*

129 Quales autem animi delicias, qualiaue intimi cordis gaudia, & filiæ præsentia, Anna moriens senserit, aut quam placido vultu Iesus Auiam suam, & Maria propriam Genitricem solari, ac confortare in tali hora studuerint, deuoto animo, ex hoc prius Lector animaduertat; quod si illi mortui, qui in Domino moriuntur, nuncupantur Beati? Quãto magis Annam non solum Beatam extitit, sed Beatissima quæ non tantum in Domino, sed & cum Domino Iesu, ad caput lectuali consulante, in eius manus exhalans Animam,

dul-

dulcissime obdormiuit, ac felicissime: Et si prætiosa in conspectu Domini est, mors sanctorum eius? Quanto prætiosissima Mors Annæ fuit, aut diuinis fulgoribus clarissima, quando extitit Christi, & Mariç, veluti Solis, & Lunæ, irradiantibus illustrata splendoribus; Proculdubio, prætiosam fuisse in conspectu Domini hanc Annæ dormitionem, ac dulcissimam, omnes fere Scriptores adstipulantur.

130 Anna igitur ab humanis felicissime discessa, ac placidissime, nec non Iudæorum more celebratis eius funeribus, in Valle Getsemani corpus tandem religiosissime fuit reconditum, in qua tamdiù quieuit, vsquedum anno septimo post Christi passionem, domum S. Annæ in Porta Aurea sitam, in eorum Monasterium Carmelitæ, & pulchrum

Tem-

Templum erigentes, Corpora Sanctorum Ioachim, & Annæ ibi pariter honorifice condiderunt; firmant hanc veritatem ex Chronica Romana, (2) non solum Thomas Bradlæo Episcopus Dromorensis, & in Hibernia Apostolicus legatus, verum & Ioannes Hildesheim, sequentibus verbis: *Traditum tenemus à Patribus, quod primus Conuentus Ordinis post Montis Carmeli Collegium, fuit Hierosolymis in loco, qui Porta Aurea, (3) dicitur, vbi Ioachim, & Anna conuenerunt*. Hic autem Conuentus Carmelitarum Portæ Aureæ, anno 236 tempore Magni Constantini, à S. Elena eius Matre, non solum renouatus fuit, verum & supradicta Cor-

2 *lib. Chronic. de propag. Ord. Carm. cap. 2.*
3 *lib. Defens. Ord. Carm. c. 13.*

Corpora Sanctorum Ioachim, & Annæ, magno honore, & deuotione exaltata; Teſtis eſt, peruetuſtus Auctor Arnoldus Boſtius, in ſuo Speculo hiſtoriali, ita ſcribens. *Renouauit S. Helena* (4) *Monaſterium Sanctorum Virorum Carmelitarum Hieroſolymis in Porta Aurea, ad honorem S. Annę, vbi, & corpora ſanctorum Ioachim, & Annæ inuenerat, & exaltarat ſeptimo Kalendas Auguſti.* Ceù etiam in hoc Conuentu anno 1214. tumulatum fuit Corpus S. Alberti Patriarchæ Hieroſolim: à Carmelitis, refert ex Philippo Metio, Segerus Pauli, *in Chronolog. S. Simoni, nu.* 736. licet antea ex ipſo, Corpus S. Annæ Helena Imperatrix abſtulerit, & Conſtantinopolim duxerit ſecum, teſtantur Malachias Roſen-



5 *lib*, 5. *c*, 23.

thel, in sua Concha Margaritifera, Ioannes Monteuilla, in suo Itinerario, anno 1355 conscripto, & peruetus Breuiarium Romanum, apud Polium, in exegetico, capite decimoquinto.

131 Tamen Saussarius, & Arturus dicunt, ipsum Corpus, *apud Aptam Iuliam, in Ecclesia Cathedrali, Prouinciæ Phocensis Galliæ, magna fidelium veneratione coli*: Et Abbas Trithemius scribit, *apud Lugdunum venerari, in quadam Cappella erecta à S. Longino*; Caput autem, fatentur Baronius, & Molanus, *in Oppido Iuliacensi. apud Marcoduri honorifice osseruari*, etsi Roulliardus asserat, *in Cathedrali Carnotensi inueniri*, ex Terra Sancta, à Ludouico Comite Blosensi, ibi trasmissum, quæ omnia secum videntur pugnare, nisi dixerimus, secundum vulgatum loquen-

di

di modum, totum ſæpè pro parte prædicari, prout continuò apud Auctores vſurpatum videmus; Ideoque, pars aliqua inſignis in ipſis locis certò poteſt obſeruari, uti pedes S. Annę apud Duacum in Eccleſia S. Amati: altera eiuſdem pedis pars inſignis, apud Anconam in Piceno, & in altera Neapoli, ut dicitur, in Cappella Principis Montis Molectæ: non autem quod integri S. Annæ pedes, ſint in vnoquoque iſtorum loco; Et ita de cæteris Reliquijs, quæ à fidelibus coluntur in toto terrarum Orbe peculiari deuotione.

132 Cæterum, ijs omiſſis, Carmelus beneficiorum S. Annæ memor, ipſam non ſolum modò colit vti eius Protectricem, verum, & à pluribus ſæculis, quinimmò à tempore immemorabili, feſtum eiuſdem præcipuo honore, & officium cele-

brauit, prout ipsum in antiquis Missalibus, & Breuiarijs Carmelitarum, iuxta vsum Hierosolymitanæ Ecclesiæ, legi, & videri potest, licet namque traductum fuerit, anno 1584 in Missalia, & Breuiaria Romana, per Gregorium XIII. Summum Pontificem, qui ea tempestate, Apostolicis literis, datis Kalendis Maij, Pontificatus sui anno duodecimo, iussit, vt perpetuis futuris temporibus, dies festus S. Annæ, septimo Kalendas Augusti, quotannis duplici officio per totius Orbis Ecclesias recolatur; Carmelitæ tamen, longiori tempore Annam venerabantur, testatur peruetustus, & celebris Scriptor Arnoldus Bostius; *Vt certum habemus, Dei Genitricem* (6) *velle, sancta, ac Beatissimæ Matris suæ seruire; Propte-*
*reà*

5 *de Patronat. Virg. lib. 2. c. 13.*

*reà commemorationem communiter, bis in die facimus de prędicta Matre Mariae & Auia Dei Altissimi, S. Anna? Nuptarum sanctissima Omnipotenti Domino multa dignatione beneplacita, pro filię sua reuerentia super omnes mulieres semper beatificanda, festum quoque tantæ Matronę, omnimoda semper laude, rite colendæ, celebriter solemnizamus*; hæc illæ; Verum, & in honorem ipsius, Venerabilem Confraternitatem, tum in Ecclesia eorum Vrticeti, extra muros regalis Oppidi Heilburnensis, per legatum Apostolicum Cardinalem Raymundum Gurcensem confirmatam, erexerunt: quam in Ecclea Carmelitana Francofurti anno 1481 præcipuis Indulgentijs ab Innocentio VIII. locupletatam, aliam exaltarunt: Præter illam Belgij, in loco nuncupato Batelaer, duobus millia-

ribus à Gandauo, ubi celebris est deuotio, & peregrinatio; De prima Confraternitate (6) Heilburnensi, testatur Abbas Trithemius; de secunda, Ioannes Palæonidorus, in fasciculo tripartito, libello 3. c. 15. Et de vltima deuotione S. Annæ à Carmelitis propagata, Daniel à Virgine Maria, in tom. 2 spec. Carm. ad diem 26. Martij. Qui erga deuotionem S. Annæ, ad magis amplificandam Carmelitarum pietatem, *in Vinea Carmeli par. 3. cap. 37. num* 598. refert, quod in Brittanica Armorica, in Vico Ker-Anna, Diæcesis Venetensis, in loco deserto, ubi in primis sæculis Christianæ Ecclesię, erecta fuit S. Annæ quædam ædicula, quæ anno salutis nostræ 700. postea corruit: Per decem, & octo menses, fre-

quens

6 *de Patron. Virg. lib. 2. c. 13.*

quens in dicto loco die, ac nocte visio apparuit, prægrandis,& eximię formæ Mulieris, cælesti lumine conspicuæ, quæ permouit, vt designatus locus foderetur, & in ipso reperta fuit imago vetusta S. Annæ, quæ in Ecclesia eius nomini dicata, & erecta per Fratrem Vgonem à S. Francisco Carmelitam, reposita fuit, in numeris deindè corruscans miraculis, Monasterium Carmelitum in ea circumquaque ab eodem Vgone postea fuit extructum, apud quod, veneratio Annæ adeò eximia est, & ab ipsis Carmelitis amplificata, ut de ipsa *in suis Annalibus, ad annum* 1625. multa Spondanus testetur; Talis porrò S. Annæ Ecclesia, indicibili Peregrinorum frequentia inuisiturt ut sæpè supra viginti, & triginta hominum millia concurrant: Testis oculatus est P. Leo à S. Ioan-

ne

ne Carmelita, libro *lib. de lineat. Prouinciæ Turonensis cap.* 31. Pariter Neapoli, in Ecclesia S. Maria de Vita, magnoque S. Anna solemnibus Officijs, & Concionibus, à die vltimo Augusti, usque ad Octauam Septēbris colitur à Carmelitis; Ceù in Apulia, in Conuentu Lyciensi, in cuius Ecclesia, à Clero, & Populo eiusdem Ciuitatis, S. Anna electa fuit in præcipuam Ciuitatis Lyciensis Protectricem; Missis etiam solemnibus, officijs, & Concionibus, non solum festum eius ad diem 26. Iulij deuotè celebrant Carmelitæ, & cum Statua S. Annæ processionem faciunt per totam Lupiensium Ciuitatem: Verum, & à die vltimo Augusti, vsque ad octauam Septembris, expectatio partus eius, magno Populi applausu, valde ab ipsis solemnizatur, quinimmo post Vesperas, an-

ante eius Imaginem quotidiè hæc Antiphona cantatur a Carmelitis: *Gaude fælix Anna, quæ genuisti prolem, quæ paritura erat Mundo Saluatorem; Gaude fælix Anna, &c.* Testis est, quæ hæc scribit.

## CAPVT XXVIII.

*S. Anna Triumphis Angelicis in Cælum excipitur, & magnoperè exaltatur.*

133 TOta igitur Anna perfusa lætitia, intimóque cordis gaudio repleta è viuis discessa, ampliori tamen fælicitate in die Ascensionis Domini, ab Angelis in Cælo, adèo fuit excepta, & à Domino Corona gloriæ redimita, ut super

solium magnificentiæ suæ, Anna ipsa videatur exaltata, refert S. Hieronymus apud Lanspergium; (1) *Paradisus, inquit, voluptatis in terris effecta, ad portas Paradisi perducitur, vbi à Domino Corona gloriæ in manu Domini, & serto exultationis pereniter coronatur*, O quali gaudio, & *tripudio omnem illam Cælestem Hierusalem credendum est ineffabiliter exultasse, quando Anna gloriosa, Verbi Incarnati Auia, sibi occurrentibus omnibus Cælestis Curiæ Ordinibus, deducta est ad æthereum thalamum*. Quod autem cælestis illa Hierusalem Regem suum imitando, non solum in aduentu Annæ in Cælum, exultauerit pleniori lætitia, verum & quod eidem ob coronationem, & exaltationem, aggratulata fuerit maxi-

1 *serm. de s. Anna.*

xima reuerentia, probat antiquus il-le Auctor Pomerius, ex eo quia ex Anna cælestis Regina prodijt, & est Iesu Christi Auia. *Tota enim Curia Cælestis* (2) *habet Annam veneratione dignissimam, in quantum ex ea prodijt Regina Cælestis, & est etiam cælestis Regis Auia, Christi filij Dei, quin ex hoc ipso habet prerogatiuam, quod etiam ipsa est Domina omnium Angelorum, & seruorum illius æterni Regis*, Ita etiam sentire videtur Abbas Trithemius, in libro de laudibus S. Annæ. (3) *Annam quoque tota Trinitas diligit, eam Chorus Angelicus colit, eam omnes cælestis patriæ Ciues, vt Reginæ suæ Matrem, maxima reuerentia venerantur.*

134 Sicque ergo diadema glo-



2 *serm. 3. de s. Anna.*
3 *Cap. 9.*

riæ à Domino Deo suo Anna redemita æthereoq; thalamo collocata, necnon ab Angelis, & Sanctis venerata, super Angelorum Chorum deindè, post Deiparam eius filiam obtinuisse locum, supracitatus Trithemius Abbas adstipulatur, *Beatissima* (4) *Dei Genitrix inter sanctos iure obtinet locum, & principatum, cuius tanta sunt merita sanctitatis, ut supra choros Angelorum exaltata sit in Cælis*, *Post eam sanctissima illius Mater Anna, sicut carnem Dei filio est proxima, ita virtutum meritis præ sanctis cæteris creditur accepta*; Cui etiam adhæret Dorlandus, ita scribens: (5) *Christus Annam auiam suam dulcissimam, throno filiæ consocians, incomparabili gloria superextu-*

4 *de laud. s. Annæ cap. 1.*
5 *Vita s. Annæ.*

*extulit vniuerſis*. (6) Et ſequenti hymno Rodulphus Agricola, ita pariter ſentire videtur.

*Laus erit Anna tibi: decus Annæ,*
*Annam cantet Orbis,*
*Annaque pro ſacro numine nomen erit.*
*Poſtque Deum, cui prima redit laus omnis in euum,*
*A quo laus, decus, & gloria cuncta venit.*
*Poſtque tuam Natam, laus eſt hæc ſumma Parentis*
*Tertia ſtans triplicem, quæ facis Anna Chorum*
*Laus tua dicetur, tua gloria, tua quoque ſemper*
*Proxima cum primis iuncta duobus eris.*

135 Merito namque deuotus Or-

6 *in ſuo Eccleſiaſtico carmine.*

Ordo Carmeli, ad contestandam tantam exhibitam Annæ à Deo dignitatem, in Antiphona ad Magnificat, in primis Vesperis, ipsam nuncupat, Gemmam lucentem cælestis Curiæ, ita dicendo; *Anna Parens sublimis Dominę, quæ est Mater Misericordiæ, Gemma lucens Cælestis Curię, te veneramur amore filiæ*; Quia cum in ea Christus sit Sol, Luna quoque Deipara, nullo alio debito titulo, Annam Carmelus sciebat nũcupare, quam Gemmæ lucentis Cælestis Curiæ; (7) Et eo maximè cum scribat Doctor Leuchtius, quod *sancta Anna in æternitate, splendore sãctos omnes superat*.

136 Cum autem Anna Gemma lucens à Carmelo nuncupetur, quęrendum nobis est, qualis namque ipsa

7 *lib. fons. Animę pag. 378.*

ipsa sit prætiosus lapis? Et si doctrinæ nostri Patris Ioannis Thomæ à S. Cyrillo(8) attendamus *Iaspidem esse*, affirmat ipse Carmelita; siquidem Iaspis est gemma salutifera, & medicinalis, quem digito insertam gestare solitus erat: immo scribunt Plinius, & Dioscorus, *Iaspidem, non solum omnia phantasmata fugare, verum, & contra omnia veneficia, & venena, esse amuletum*; Quæ omnia, si ad mysticum Iaspidem nostrum transferamus, plenius, & verius conuenire Annæ, Abbas Trithemius fatetur; (9) *Anna tristitiam fugat, carnis libidinem exterminat, paupertatem subleuat, infirmitates curat, aduersa mitigat, contraria sedat, vitia eliminat, virtutes plantat, ingenium il-*

8 *Mater honorific.c.38.* §.8.

9 *de laud.s. Annæ cap.* 10.

*illuminat, affectum purgat, crimina relaxat, Quisquis igitur in bonis studiis fortunam habes contrariam? Quisquis tempestatem, huius peregrinationis sentis aduersam? S. Annam deuotionis precibus inuoca, & inuenies inopinatæ consolationis remedia; Ipsa enim, miseris tutum refugium, ægris certum remedium, desolatis indeficiens subsidium*; hæc ille, Propterea, de efficaci Annę patrocinio, non incongrum est agere, ideo sit.

CA-

# CAPVT XXIX.

*S. Annę narratur efficax protectio, in omnibus hominum angustijs, & calamitatibus.*

137 CVm ergo ab Angelis, & Sanctis magnopere in Cælis Anna honoretur, superest, ut Nos emulando celitum pietatem ipsam syncera deuotione, debitoque cultu etiam prosequemur; Quid ni enim veneremur eam, quam Cælites omnes, ut Dominam etiam colunt; & amant? Quam Cælorum Regina, vt amatissimam Matrem, singulari reuerentia prosequitur, & amore? Cui Rex sanctorum, ut auiæ suæ dulcissimæ omnem honorem dignatur impendere? Et ideò, si quis-

quis cæteros Dei ſanctos pro ſua ſingulari pietate honorare conſueuit, cur non Dei Genitricis Matrem, cui ex Damaſceno, ob eius filiam Deiparam, omninò eam venerare obſtricti ſimus; *O par Beatum Ioachim,* (1) *& Anna? Vobis omnis creatura obſtricta eſt? Per vos enim donum omnium donorum pręſtantiſſimum, Creatori obtulit, nempè caſtam Matrem, quæ ſoli Creatori digna erat.*

138 Et quando talis Damaſceni obſtrictio, minime nos compellet ad Annam colendam, & venerandam, cogat nos ſaltem cuncupiſcentię amor, nempè vim faciat in Nobis bonum noſtrum, quod ex Annæ protectione Corpori, & Animæ aduenire poteſt, cum potens ſit ipſa, liberare Nos de anguſtijs omni-

1 *orat. 1. de Natiu. B. V. M.*

nibus, & calamitatibus noſtris. Teſtis locupeles eſt Abbas Ioannes Trithemius (2) ita ſcribens; *Quidquid te grauat, quidquid te moleſtat, aut bonæ voluntati tuæ aduerſatur, refer ad Annam, & pro gloria Dei, liberabit te; impoſſibile eſt, eam non obtinere omne, quod voluerit; Rex Cęli, Nepos eius eſt, non poterit quidquam dulciſſimæ auię ſuæ denegare; Mater Dei, eſt eius filia, non fruſtra præces ad Deum fundere poteſt; Tota Cæleſtis Patriæ Curia, Annam diligit, vt Matrem veneratur, & Dominam, ſi quid à Deo poſtulauerit, omnium Sanctorum præces votiuæ concurrent;* Bea-*tus homo, qui Annam continua deuotione, ac ſedulis præcibus habuerit aduocatam.*

139 Huiuſmodi farinæ videtur



2 *de laud. s. Annæ cap. 16.*

Rodulphus Agricola, dum sanctæ Annę, ita alloquitur sequentibus Versibus.

*Nil tibi Nata negat, nil, & negat ille Parenti;*
*Ille colit Matrem, te quoque Nata colit;*
*Iam nihil exposcent mortalia pectora frustra*
*Quodque voles: simul id Nata, Deusque volet;*

Propterea, ita prosequitur supracitatus Abbas Trithemius; (3) *Nemo intelligit, nemo credit, nemo capit, quanta Deus amatoribus s. Annæ quotidie beneficia conferat, nisi quem deuota experientia informat; Scimus autem per inuocationem s. Annæ multos Viros potentes, eruditos, nobiles, & ignobiles: Virgines, ac mulieres,* inue-

3 *de laud. s. Anna cap. 14.*

*iuuenes, & senes à maximis tribulationibus, sæpè liberatos, à periculis ereptos, in necessitatibus mirabiliter adiutos; Alios in egestate, & paupertate constitutos, per Annæ suffragia, inopinate abundè prouisos. Alios de graui calamitate esse curatos; Quis enumeret, quanti à perniciosa mentis tristitia, & à malancholia, pijssime Matris Annæ adiutorio sanati sunt; Quanti quoque inter aduersa securi, inter hostes impauidi, inter maris procellas tuti euaserunt, Anna mater sanctissima multos sibi deuotos, à diuersis tentationibus consueuit eripere; A pestilentia, contagione liberare, & à variis infirmitatibus curare; Quis enarret, quantos à pessima disperatione, ad spem misericordię reduxerit? Quantos à durissima peccati consuetudine, ad pænitentiæ semitas reuocauerit? Eius meritis, & suffragiis,*

*in*

*partu mulieres à periculis, alioquin morti vicinæ sunt liberatæ, legimus etiam meritis ipsius, ad vitam nonnullos, de morte reuocatos, alios in mortis articulo, per Annam deuotissime visitatos, & antequam reliquerint mundum, factos iam de Cælo securos*; ita ille.

140 Quando autem tam Damasceni, quam Abbatis Ioannis Trithemij dicta, ad piè colendam Annam, cor hominis incuriosi minime inflamment, aut impellent? Quisquis iste fuerint, hoc sciat magni ponderis argumentum, & expauescat, quod ut scribit supracitatus Trithemius, si Annam, minimè colit, neque Christum Dei filium amat; aut eius Genitricem, Annæ filiam diligit; Propterea, quid quid de Corporis, & Animæ suæ salute sit, ipse videbit, & animaduertat: præcitati Doctoris

Ab-

Abbatis Trithemii verba (4) referam; *Dei filium minus amare conuincitur, qui S. Annam non veneratur? erubescat homo corde induratus, & reprobus, circa pietatem? Qui dicit Dei matrem diligere, & eius Genitricem Annam conuincitur non amare; stulta, & perdita pręsumptio, vt de filiæ patrocinio sumat fiduciam, qui honorare contemnit eius venerabilem Matrem, Qui enim Genitricem habet infensam, neque eius filiam poterit inuenire placatam, filia enim, diligit matrem suam Annam, quam totus exercitus Cœlestis Curiæ veneratur.*

141 Nè igitur fratres charissimi, Diuinum Annæ Nepotem, & Deiparam eius filiam, ex ipsius Annę contemptu, meritò ad affligen-

dnm

1 *de laud. s. Annę c. 11.*

dum Nos prouocemus, Annam Christi Auiam, & Dei Genitricis Matrem totis viribus diligamus: quę vt deuotè ipsa à Nobis coletur, praxim piè eam venerandi, in hac vltimo capite adducemus.

## CAPVT VLTIMVM.

*Praxis eligendi S. Annā in Patronam, eidemque commendandi, describitur.*

142 SI ut vidimus, quod in Iesu Christi, & eius Genitricis honorem, necnon in bonum nostrũ cadit, ille cultus, qui à nobis Annæ exhibetur? proculdubio; tam ob Dei, eiusque Matris honorem, oportet Anna coli, & venerari; quam ob nostrorum peccatorum refugium, & an-

angustiarum leuamen? siquidem.

*Annam quis quis amat, fælicia semper habebit*
*Et modò succedant fata secunda sibi,*
*Quis quis in aduersis sanctam pulsauerit Annam*
*Deuotis præcibus, is bene tutus erit,*
*Nullius Anna praces umquam dimisit inanes,*
*Sed tulit optatam candida semper opem.*
*Ergo piam matrem multo cumulemus honore:*
*Nullius vacuas, quæsiuit esse praces.*

143 Vt vnusquisque igitur S. Annam deinceps sibi eligere possit in Patronam, eiusque patrocinio frui, Praxim illam, quam eiusdem Sanctæ Deuotis, noster Pater Ioan-

nes Thomas à S. Cyrillo exhibet pro exercitio quotidiano, & Nos pro eorum commodiori vſu, hic etiam adducemus, quæ eſt ſequentis tenoris.

*Sanctiſſima Dei Genitricis Mater, Venerabilis Anna è Inclita Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Auia: Ego N. te hodie, in Patronam meam, ac Mater piiſſimam eligo: meque totum, corpus, & animam, omnes neceſſitates, & euentus meos, Vitam, & mortem, Maternæ curæ, ac cuſtodiæ tuę, offero, & commendo; Tibi enim famulari, te amore filiæ venerari, tuumque honorem pro viribus tueri, ac promouere firmiter ſtatuo & propono; Igitur, ò dulciſſima, ò Patrona mea, dignare me in ſeruulum acceptare, in filium adoptare, aſſumere in tui amatorem caſtiſſimum, & Cultorem amatiſſimum; Impetra mihi in vita, vt tuas*

*vir.*

*virtutes, quibus placuisti Deo, ita imiter, vt Nepoti tui Iesu, ac filiæ tuæ Mariæ, tibique semper, totus perfectissime placeam; Obtine mihi fęlicem mortem, ac morienti adesse velis, consolare tunc egredientem animam meam; fac vt in hac vita, in Iesu Christi passionibus, meritis, ac miserationibus, merear ab omnibus peccatis, & pœnis expiari, quo in Morte liber de hoc corpore, mox transeam, ad requiem sempiternam, Amen.*

144 Præter hanc descriptam praxim, elegendi S. Annam in Patronam, à quolibet Deuoto, aliam quandam orationem deuotissimam, à Reuerendissimo Abbate Trithemio compositam, huic opellæ etiam subnectimus, sperantes in Domino, quod ori, palatoque legentium, ipsa minimè insulsa, sed potius dulcis, & suauis eueniet, quæ talis est.

*Aue Dei Genitricis Mater, Venerabilis Anna, Sanctæ Trinitati gratissima, præ cunctis mulieribus honorata; Benedicta tu à Domino, & benedicta prole vteri tui, sancta Maria, prolisq. Virgineus, natus Iesus Christus, O sancta Anna? Mater Matris Misericordiæ? Ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ. Ameu.*

*Commendatio Corporis, & Animæ,*

*Sub protectione Iesu, Mariæ, & Annę.*

145 *In manus ineffabilis misericordię tuæ, ò bone Iesu, & in singularem custodiam vestram, ò Beata Virgo Maria? Beataque Mater Anna, commendo Corpus meum, & Animam meam, sensus meos, consilia mea, ingenium meum, cogitationes meas, omnes denique actus meos, & omnia*

*necessaria animæ meæ, & corporis mei, introitum, & exitum meum, fidem, & conuersationem, vitam, & finem vitæ meæ, quietem, & resurrectionem Corporis mei, cum sanctis, & electis tuis, Clementissime Iesu, miserere mei, Amen.* Pater noster, Aue Maira.

146 Hoc tandem magnæ consolationis argumentum sciant S. Annæ præ Deuoti, quod vbi quis quis numero Sodalium S. Annæ recensita praxi ascilcitur, Virginis Mariæ suæ filiæ tunc efficitur frater, à qua in præmium venerationis in Mundo Annæ exhibitæ, maxime in hora mortis suæ consolabitur; fælici experientia, hoc ille didicit, qui moriens à Maria audire meruit, *Salue Frater dilectissime?* cui Infirmus replicans, *O Maria dulcissima, non sum dignus frater tuus à te nuncupari?*

Dei-

ſtinate, necnon eam pro me ſedulis præcibus Vos omnes, etiam exorate. Amen.

F I N I S.

Salua ſemper Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſura.



*Volumina ab Auctore edita, & edenda.*

Vita S. Simonis Angelici Carmelitæ, missa in Belgium.

Vita S. Annæ Matris Deiparæ, & Iesu Christi Auiæ.

Prælatorum Regularium, Quæsita promptuaria.

Lapis Heraclius ad detegenda figmenta P. Danielis Papebrachij Societatis Iesu (*ipso sic Carmelitas to 1. Aprilis ad diem 8. num. 56. insultante*: Non est facilè erudito huic sæculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro supponere, &c. *talis tituli nobis ansam prębente*) mentientis aduersus Carmelitauam historiã.

Homiliæ super Euangelia Quatragesimæ, &

Flores Philosophici, deprompti ex doctrina Resolutissimi Bachonii, Scholæ Carmelitarum Principis.

# INDEX,

## SEV ORDO

Rerum notabilium, quæ in hac Opella continentur, ritu alphabetico digestus.

## A



Ii *An-*

in

*Car-*

Dei

*Aue Dei Genitricis Mater, Venerabilis Anna, Sanctæ Trinitati gratissima, præ cunctis mulieribus honorata; Benedicta tu à Domino, & benedicta prole vteri tui, sancta Maria, prolisq. Virgineus, natus Iesus Christus, O sancta Anna? Mater Matris Misericordiæ? Ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ. Ameu.*

*Commendatio Corporis, & Animæ,*

*Sub protectione Iesu, Mariæ, & Annę.*

145 *In manus ineffabilis misericordię tuæ, ò bone Iesu, & in singularem custodiam vestram, ò Beata Virgo Maria? Beataque Mater Anna, commendo Corpus meum, & Animam meam, sensus meos, consilia mea, ingenium meum, cogitationes meas, omnes denique actus meos, & omnia ne-*

*necessaria animæ meæ, & corporis mei, introitum, & exitum meum, fidem, & conuersationem, vitam, & finem vitæ meæ, quietem, & resurrectionem Corporis mei, cum sanctis, & electis tuis, Clementissime Iesu, miserere mei, Amen.* Pater noster, Aue Maira.

146 Hoc tandem magnæ consolationis argumentum sciant S. Annæ præ Deuoti, quod vbi quis quis numero Sodalium S. Annæ recensita praxi ascissitur, Virginis Mariæ suæ filiæ tunc efficitur frater, à qua in præmium venerationis in Mundo Annæ exhibitæ, maxime in hora mortis suæ consolabitur; fælici experientia, hoc ille didicit, qui moriens à Maria audire meruit, *Salue Frater dilectissime?* cui Infirmus replicans, *O Maria dulcissima, non sum dignus frater tuus à te nuncupari?*

Dei-

Deipara ita respondit: *Si Mater mea Anna, semper in hoc Mundo Mater tua prædilecta, in corde tuo fuit? Certe frater meus es, & omnes eam similiter colentes, fratres, & sorores mei sunt, Veni igitur coronaberis*; O verba subiungit noster Ioannes Thomas à S. Cyrillo, (1) *O verba super mel, & fauum dulcissima? Quid amabo iucundius inter vltimas amaræ mortis angustias, luctantis animæ auribus insonare, vel quæ sors fælicior homini peccatori accidere possit, quam Mariam dicere sororem? Mariæ in hac fatali lucta habere fauorem? experiri auxilium, sentire solatium?* Quid amplius desiderate Adæ filij, quid amplius quærite? Ad Annam pro omni vestro bono confugite, & in numerum suorum Sodalium ascribi festi-

1 *Mater honorif. c. 31. in fine.*

ſtinate, necnon eam pro me ſedulis præcibus Vos omnes, etiam exorate. Amen.

FINIS.

Salua ſemper Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſura.



## *Volumina ab Auctore edita, & edenda.*

Vita S. Simonis Angelici Carmelitæ, missa in Belgium.

Vita S. Annæ Matris Deiparæ, & Iesu Christi Auiæ.

Prælatorum Regularium, Quæsita promptuaria.

Lapis Heraclius ad detegenda figmenta P. Danielis Papebrachij Societatis Iesu (*ipso sic Carmelitas to 1. Aprilis ad diem 8. num. 56. insultante*: Non est facilè erudito huic sæculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro supponere, &c. *talis tituli nobis ansam prebente*) mentientis aduersus Carmelitanam historiã.

Homiliæ super Euangelia Quatragesimæ, &

Flores Philosophici, deprompti ex doctrina Resolutissimi Bachonii, Scholæ Carmelitarum Principis.

# INDEX,

## SEV ORDO

Rerum notabilium, quæ in hac Opella continentur, ritu alphabetico digestus.

## A

B

Car-

Dei-

# D



En

*Eme-*

# D



En

E



Eme-

F

Ioa.

L



M

## N



## O



Ordo

Re

| Errata | Corrige |
|---|---|
| Cap.1.n.3.genetis | generis |
| ibibem cælitas | cælitus |
| Cap.3.n.6. deilberato | deliberato |
| C.4.n.10.actuum | actuum |
| ibidem n.11.choreos | choreas |
| c.4.n.11.multa | multo |
| ibidem corum | eorum |
| ibidem n.21.tertione | tertia |
| Cap.7.n.27.possessione | Passione |
| ibidem Angelos | Angelus |
| ibidem à trecensis | trecentis |
| ibidem n.30.enunciabũt | enunciabãt |
| Cap 9.n.31.Aquinos | Aquinas |
| ibid.n.32.legit | legis |
| Cap.11.n.39.quãtousus | quãtocius |
| ibid.n.41.præceterum | præceteris |
| ibid.conclpies | concipies |
| ibid.prætensis | præteritis |
| ibid.prificesceris | proficisceris |
| Cap.12.n.46.leudes | laudes |